Vini.) *Vinum* etiam posuit Hieronymus; Pagninus, *vinum novum*. Campensis, Vatablus, Cajetanus, seu ejus Doctor Hebræus, *mustum*. Hoc propriè significat תירוש *thirosch* quasi à ירש *tarasch* expulit, quia extrudatur & exprimatur è suis pelliculis. Sed in editione vulgata *vinum* pro hoc absolutè redditur, nonnumquam *granum in botro a*. Inde mensem *Thisri* deducunt litterarum metathesi à musto, quod fere Septembri exprimitur.

[*a Isa. 65. 8.*]

Mysticè præter id, quod ante dictum est, *Vinum* Remigius, & Haymo Dominicæ Passionis imitationem, qui dicatur *Calix inebrians b*, interpretantur: pro Eucharistia illud *cum frumento* sumendo. Confirmari potest Zachariæ testimonio de *frumento Electorum, & vino faciente germinare virgines c*. Crevit hujus perceptione crebra Sacramenti Ecclesia.

[Alia mystica interpretatio. *b Ps. 22. 5. c cap. 9. 17.*]

Olei.) Hieronymus omisit, & in Commentario testatur in plurimis quidem codicibus invenisse: sed quum vetustum Originis exemplar Psalterii revolvisset, quod ipsius manu fuerat emendatum, nec in Hebræo, nec in ceteris editionibus, nec apud ipsos LXX. Interpretes reperisse. Propterea qui de Hebræo vertunt, prætermittunt, quum nec in Chaldæa extet paraphrasi. Sed legunt ceteri omnes Græci, ac Latini etiam antiquiores Hieronymo, ut ex Latinis Arnobius, si tamen Arnobius: extat quoque in Bibliis Græcis, Latinisque, & in omnibus Psalteriis. Non vult Hieronymus nomen hoc, ut Faber tamen ait, confodi, & convelli, quod ad significandam rerum opulentiam, quamvis non poneretur, addi posset, & quod in Ecclesia passim decantatur. Formidaret id ipse sine dubio facere Hieronymus, quod asserit iste in Ecclesiarum Psalteriis fomidini esse non debere, illico emendare, & à modo canere: *A fructu frumenti, & vini sui multiplicati sunt*, omisso, *olei*, quum profiteatur *d* nihil sibi placere, nisi quod Ecclesiasticum sit, & publicè in Ecclesia dicere non timeat. Si Augustinus *e* in verbis illis; *Super ipsum autem floriet sanctificatio mea*, quia auferri non poterat de ore cantantium populorum, *floriet*, etiamsi auditor peritior mallet corrigi, dicique, *florebit*, censuit relinqui, atque contemni, quod sano intellectui nihil detraheret, multo magis abstinuisset à confossione, & convulsione vocis à tam multis receptæ, & quæ sensui non officit, sed pleniorem, ac planiorem potius efficit.

[Quæ exemplaria hanc vocem habeant & quæ non. *d ep. 150. ad Heb. id. q. 10 e 2. de Doct. Christ. c. 13.* Cur Augustinus *floriet*, pro *florebit*, censuit relinquendū potius quā corrigendū]

Suspicatur Ricardus Cenomanus, in quibusdam codicibus Hebræis additam fuisse litteram ן *nun* in fine hoc modo, תירושמן *Tiroschamen* pro ותירושם *vethiroscham*, cum שמן *schemen* significet *oleum*: nec obstare, quod sic neque haberetur conjunctio ו *ve*: neque affixum pronomen, quia Interpretes hoc supplent: & in carmine major licentia est. Mihi hoc suspectum, nisi simili probetur exemplo. Et prætera ad תירוש *thirosch* ultra litteram finalem ן, addendæ essent duæ litteræ ש & מ. Quare vel LXX. Interpretes supplevisse ἐλαίου dicendum est, cum aliis locis Scripturæ adjungi soleat *frumento*, & *vino*, ut ante docuimus, quod legunt Patres Græci, & approbatum in editione Latina, auctoritatem habet: vel in textu Hebræo fuisse olim שמן *schemen*, aut זית *zaith*, quod exciderit. Denique sensus optime cohæret, neque est, ut asserit Eugubinus, versus Græcus, & Latinus vix intelligibilis. Mysticè per *oleum* præterea accipit Ricardus Pampolitanus favorem adulantium, & honoris mundi; sicut per *vinum* carnales delicias, per *frumentum* divitias: Dionysius Carthusianus spiritualem consolationē ex Eucharistia: Lyranus, opera misericordiæ: Remigius, gratiam Spiritus Sancti; vel in carnis delectationem, aut adulationem.

[Mystica *olei, vini, frumenti*, interpretatio.]

Multiplicati sunt.) Negant Augustinus, Cassiodorus, Remigius, Haymo, Glossæ, Alcuinus, Lombardus, Carthusianus, ubertatem significare; sed perniciosam in multa distractionem. Ego cum reliquis, propagationem. Quamquam de improbis illud verum *f*: *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam*: & *multos* de improbis dici, prius notatum est.

[*f Isa. 9. 3.* *Multa* de improbis dicuntur.]

Vers. 9.) In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

MULTIPLICENTUR licèt inimici, & sua elati prosperitate insiliant in me: attamen paci, quoad potero, studebo; & quantum res feret, patientia, moderatione que frangam, & mitigabo ferociam illorum: ita animo securus, ut qui cura vacui dormiunt suaviter: Vel sensus est, continens partem gratulationis, pro felici exitu, atque victoria per certam spem jam præcepta, post quam, cum suis optata sit pace potiturus, una quoque cum debellatis inimicis & reconciliatis sibi. Vel, quod innuit Euthymius ac Theodoretus, significat se tamdem quieta morte defuncturum, non violenta, simul expectando resurrectionem, & deposito interim timore, quo perturbabatur, quiete in hac vita in utramque aurem, usque etiam ad satietatem dormiturum.

[Euthymii & Theodoreti interpretatio.]

Ad hos dicendi modos revocandi alii de temporalium rerum oblivione, & de quieta rerum divinarum contemplatione, cum spe futuræ beatitudinis, & resurrectionis, postquam nulla erit corporis, & animæ compugnantia. Traduntur hi posteriores modi à majori parte expositorum Græcorum, ac Latinorum veterum, qui tamen priores ponunt potius quam rejiciunt, quos priores modos, præter Euthymium, affert Lyranus & omnes recentiores. Legimus in Historia Regum *g* sedisse David regem in domo sua, & Dominum dedisse ei requiem ab universis inimicis suis, videlicet ante persecutionem à filio excitatam: de qua tamen, ut vidimus, aliqui volunt hunc Psalmum esse, licèt alii de Saul.

[*g 2. Reg. 7. 1* Alii hunc Psalmum volunt esse de persecutione filii: alii de Saul.]

De bono pacis, tum politicæ, tum spiritualis, & in vita futura late patet differendi campus. Lectu dignus inter expositores Chrysostomus quod ad spiritualem pertinet pacem. Tractant item hunc locum hoc modo in Meditationibus Augustinus *h*, Innocentius *i* Papa III. Hugo *k* S. Victoris, Ricardus *l*, ejusdem monasterii Parisiensis Canonicus Regularis.

[De spirituali pace legendus Chrysostomus. *h cap. 37. i In Ps. 3. Pœnit. & serm. 2. de Adv. k In Instit. Monast. de Claus. Animæ c. 9. & 21 l Annot. in Ps. 4.*]

De Christi morte, sepultura, ac resurrectione explicat quoque Carthusianus, & pæterea Isidorus *m*, qui notat idcirco sequenti versu dici: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me*, quia tantum solus ipse sic requievit, ut confestim post mortem resurgeret: Addit Carthusianus, dum Christus viveret, animam ejus vidisse semper faciem Patris, ac in summa semper, & tranquillissima pace versatam absque distractione, & inquietudine. Scribit Bernardus *n qui in pace in idipsum dormiunt*, & requiescunt, & sunt singulariter in spe constituti, non inter spem, & metum esse animas sub altari, nondum recepto gaudio beatitudinis, sed signatas lumine vultus Dominici, & expectantes *fructum frumenti, vini, & olei*. Ubi videtur opinionem illam penitus explosam indicare, visionem Dei differri usque ad judicium. Alibi *o* tamen etiam hunc eumdem locum de maxima quadam præsentis vitæ pace declarat, quando charitas *p* propter perfectionem excludit timorem. De ipsamet beatitudine iidem expositores Latini post Augustinum, idemque ille aliis locis *q*.

[Isidori & Carthusiani explicatio. *m De resurrect. Dom. c. 53.* Carthusiani sententia. *n Serm. 2. de festo omniū Sanctor.* Bernardi expositio. Opinio explosa, visionem Dei differri usq; ad judiciū. *o Ser. 51. in Cant. p 1. Jo. 4. 18. q De Spiritu, & Anima c. 60 (vel potius alius) & 9. Confess. c. 4.*]

Requies, & pax Justis post somnum mortis datur; & *qui videntur insipientibus mori, sunt in pace r*: & hi *qui ambulaverint in directione sua, requiescent in cubili suo, & veniet illis pax s*: & *quorum habitatio fuit in Sion*, id est in specula, & custodia sui, *erit in pace locus t*, atque in cœlesti Jerusalem, quæ est visio pacis: post sex dierum opera, sabbati requies, ac sabbatismus cōsequetur *u*.

[Ejusdem Bernardi alia expositio & aliorum. *r Sap. 3. 2. 3. s Isa. 55. 2. t Ps. 75. 3. u Hebr. 4. 9.*]

In idipsum) Cæcus *x* Burgensis, & Faber volunt ita dispungi, *In pace in idipsum dormiam*, postea, *& requiescam*. Defendit Ricardus Cenomanus aliam dispunctionem, seu pausam, quæ inter canendum servatur. In pace in idipsum: tum deindè, dormiam, & requiescam. Illis autem dictionibus, *In idipsum*, designari, ut Augustinus *y* docuit, Deum, sive Christus, ac nomen Dei essentiale: Ego sum, qui sum *z*. Cetera obnoxia sunt mutationi, quæ qui idem ipse est, mutabit, & mutabuntur *a*: pacem veram in solo Deo habemus, atque Christo, quem nominat Apostolus pacem nostram *b*, quod *fecerit utraque unum c*, & *exuperet omnem sensum d*.

[*August. 22. de civ c. 30 x In Apol.* Dispunctionum varietas. *y in Ps. 121, z Exod. 3. 14 a Ps. 101. 27 b Ephes. 2. 14 c ibidem. d Phil. 4. 7.*]

Confirmat Ricardus ex יחדו *jachdau*, quod significat *simul eum*, quasi personam significet, in qua est pax. Juxta mysticum, sensum placet, & est etiam Carthusiani, Thomæ Burgensis, Cassiodori, Haymonis, Remigii, Valentiæ, qui saltem denotari docent unitatem, ac immutabilitatem istius pacis. Eamdem vim vult Valentia habere, *In idipsum*, in aliis hujus libri locis, quos cum præsenti septem esse dicit, quamvis reperiam sex tantum *e*. Hieronymus exposuit simpliciter *simul*. Eugubinus, *simul*, *refert* ad populum omnem, quem sibi David optet, precetur, prædicet reconciliandum; quasi dicat: In pace simul cum grege meo dormiam, & requiescam. Genebrardus ad vexatores suos, quibuscum, inter quos, in quorum medio securus dormiat, velut *inter medios cleros a*, quemadmodum Petrus inter milites *b* Titelmanus etiam agnoscit relationem ad alios, quibus se David adjungat, etsi aliter juxta mysticum sensum, nempe ut consequatur beneficium resurrectionis cum aliis justis. Euthymius ἐπαυτῷ, idem dicit esse quod, *unapariterque*: ac si dicat: utrumque hoc faciam, & dormiam, & requiescam. Probabile idest, quidquid sit de aliis. Approbat etiam Genebrardus. De dispunctione autem, & pausa in cantu, non adeo laborandum.

[Mysticus sensus. *e Psal. 33. 4. Ps. 40: 8: Ps: 61: 10: Ps: 73: 6. Ps: 121: 3:* Hieronymi, Eugubini, & aliorum expositio. *a Ps. 67. 14. b Act. 12. 4. 6.*]

Dormiam & requiescam.] Hieronymus, *Requiescam, & dormiam*. Auctor Catenæ putat Hebraica esse synonyma אשכנה ואישן *eschechenah veischan*. Græca sunt κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω de quibus egimus Psalmo præcedente. Ceteri discrimen statuunt, ut *requiescere* plus sit, quam *dormire*. Dormiunt enim quidam perturbatè, & inquietè. Cajetanus vertens cum Felice, *jacebo & dormiam*, notat *jacere sine dormitione*, inquietudinis esse: *dormire absque cubitu*, sollicitudinis. Præcedente Psalmo eadem verba tum Hebræa, tum Græca erant, sed secundum Latinè, *soporatus sum*, non admodum refert utram sequare sententiam: at pluribus consentiendum. Minoris momenti legere, *dormiam*, vel, ut habent Psalterium Vaticanum, & Ambrosianum, *obdormiam*: quod interpres posuit in alio Psalmo *c*: *ne unquam obdormiam in morte*; de qua morte dormitionem, ac somnum dici in vetere quoque Testamento alibi ostendi *d*, quum Chrysostomus *e* videretur velle novi propriam phrasin esse. Beatitudinem defunctis precans ait Ecclesia: *Requiescant in pace*: *Requiem æternam dona eis Domine*: quæ verba sumpta sunt ex libro quarto Esdræ *f*, licet apocrypho, sicut & alia nonnulla in Ecclesiæ officio.

[Discrimen inter *requiescere*, & *dormire*. *Facere sine dormitione*, inquietudinis: *dormire absque cubitu*, sollicitudinis. *c Ps. 12. 4. d Act. 7. e ibidem.* Phrasis veteris Testamenti quā Chrysostomus vult esse novi. *f 4. 2. 34. 35.*]

Vers. 10.] Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

HÆC ratio, cur tam quietè dormiam quare adeo placidè requiescam, cur sim securus, ac sine metu, cur non dubitem de victoria, cur de jam parta læter, & gratias agam: quoniam tu solus, in quo solo speraveram, ceteris me deserentibus, sicut speraveram, me confidenter habitare fecisti: memet mihi restituisti, atque solum regnare dedisti, & jure vivere meo concessisti. Hoc modo quos adhuc sum securus in litterali sensu.

Mysticè de Christo, aut de quolibet Justo alii explicant. Christus modo quodam singulari, post tridui dormitionem resurrexit, ut exponit Isidorus *g*, & resurrectionem ipsam quatenus expectabat, sperasse dici potest, ut Origenes concedit: sed scholasticè loquendo Carthusianus, ac propriè negat. Inter mortuos liber erat Christus *h*, & singulariter fuit, dum transiret per mortem, & crucem, quia omnino innocens *i*.

[Mysticus sensus. *g De Resurrect. Dom. c. 53. h Ps. 87. 6. i Ps. 140. 10.*]

Justus quilibet ob conscientiæ testimonium, quo se segregatum novit à peccatoribus, concipit spem vivam, nominatim de resurrectione. Sed hoc præcipuè accommodant Ambrosius *k*, & Chrysostomus ad eum, qui ab adolescentia portans jugum Domini, sedet solitarius *l*. Chrysostomus autem copiosè differit de vitanda improborum societate. Euthymius istam, ut ita dicam, singularitatem accipit de separato in sepulchro corpore, à socia anima. Hesychius intelligit spem in solo Christo esse, de quo Isaias *m*: *Ipse veniet & salvabit nos*. Adde quod nec frater redimit; multò minus quivis alius homo *n*.

[Ambrosii & Chrysostomi accommodatio. *k De obitu Valentiniani, & Theodosii, & in Psalm. 118. Serm. 2.* Euthymii interpretatio & aliorum. *l Thren. 3. 28. m cap. 38. 4. n Ps. 48. 8.*]

Quoniam.] Euthymius hanc particulam *hic*, ut & alibi, Hebraici idiomatis proprietate abundare sentit, vel idem significare, quod, *verè*, ponique pro adverbio confirmandi. Utrumque in genere verum est, ac ostendi exemplis aliis potest. Hoc loco licèt perindè sit quo interpretemur modo; pluribus videtur proprium usum αἰτιολογίας, & redditionis caussæ retinere.

Singulariter.] Hieronymus, *specialiter*. Alii, *solus*, aut *solummodo*. Septuaginta, κατὰ μόνας. Aquila, κατ' ἰδίαν. Hebræis est לבדד *levadad*, ex ל *le* articulo & בדד *badad*: quod omnis generis est casusque, sicut אשר *ascer*, & in hac forma sumitur adverbialiter. Significat vel quod solus Deus & singulari providentia hominem in solitudine constitutum, hoc est, ceteris carentem præsidiis, constituit in spe: vel quod efficit Deus, ut solus ac seorsim, tamquam peculiariter segregatus, sineque aliorum pavore ipse habitet, & quiescat. Hoc est quod in Deuteronomio *o*, dicitur; *Israel habitaturum confidenter, & Jacob solum in terra frumenti, & vini*, ut non sit ei similis populus, ut videlicet non superveniat, qui fructus illius consumat. Sic quoque solos habitantes Græcè apud Micheam *p*, legimus, κατασκηνοῦντας καταμόνας.

[*o c. 33. 28. p cap. 7. 14.*]

In spe constituisti me.] Hieronymus: *Securum habitare fecisti me*. Felix: *In spe locabis me*. Vatablus: *In tuto collocas*. Cajetanus: *Securitati, vel in securitate habitare facies me*. Varietas hæc temporum nihil officit. Et licèt תושיבני *thosciveni* more prophetico propter certitudinem, rectè per præteritum redditur, quod non LXX. solum ἐν ἐλπίδι κατῴκισάς με, *In spe habitare fecisti me*, sed etiam Aquila fecit, εἰς πεποίθησιν καθίσεις με, *In fiduciam habitare fecisti me*. Sumi potest ut adverbium לבטח *lavetach*, *fiducialiter*, confidenter, tuto, secure, sicut dictum est de לבדד *levadad*.

PSALMUS QUINTUS.

TITULUS.

1 In finem pro ea, quæ hæreditatem consequitur Psalmus David.

2 VErba mea auribus percipe Domine; intellige clamorem meum.

3 Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.

4 Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam.

5 Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

6 Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

7 Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

8 Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9 Domine deduc me in justitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

11 Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.

12 Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

13 Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Vers. 1.] In finem pro ea, quæ hæreditatem consequi- A tur, Psalmus Devid.

IN quibusdam Græcis ac Latinis libris abest, *in finem*. Quid autem sibi velit, Psalmo priore dictum est, sicut & in tertio, quid Psalmus David.

Pro ea, quæ hæreditatem consequitur] Hieronymus, *Pro hæreditatibus*. Augustinus (pro ea quæ hæreditatem accipit) & sic est Græcè ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Hebraizantes contendunt אל-הנחילות *el-hannechiloth* certum instrumenti musici genus aut modulationem designare, & esse nomen numeri singularis. Vel dicunt hoc Psalmo auxilium implorari pro hæreditatibus, idest, tribubus populi, quibus dimensione funium, quos Hebræa vox indicat, regio dispertita fuerat, ut eas Deus tueatur contra hostes a. B. Thomas refert aliam sententiam, sicut prior Psalmus erat pro victoria contra Absalom, ita hunc esse pro recuperanda hæreditate, ac ditione, quia reverso David in Jerusalem, adhuc Siba, quidamque B alii insurrexerant contra eum b.

Qui velint Hebraizantes esse el hannechiloth.
a Rab. Salomon apud Lyran.
B. Thomæ sententia.
b 2. Reg. 20.
Cajetani.
Jansenii.

Cajetanus vult instrumento musico cantatum Psalmum continentem descriptionem justitiæ David, injustitiæ Saul, ut ob injustitiam Saul dejectus, David propter justitiam ad regnum promotus fuerit. Jansenius orationem dicit esse, quum se David moleste ferret non posse cum piis colere Deum, quod exul ab hæreditate Dei exagitaretur à Saul, & ab ejus adulatoribus gravia expectaret. Solari se divina providentia, describendo hostium dolos, & vim, quæ certus esset Deum eversurum. Omitto alias ejusdem vocis Hebrææ *nechilot* significationes, pro congregationibus, exercitibus, convallibus, infirmitatibus, torrentibus, quæ possent omnes mysticè Christo adaptari, ut Felix facit. Item præterea opinionem Ariæ, qui retinens *hæreditatis* vocem, vel *hæreditatum*, in plurali, ut Hebraicè est, putat indicari carmen, summa voce, & postrema, alternatim canendum, per distributos Levitarum choros (non intelligit choros certam speciem instrumenti musici, quam Latini hic ponunt pro Chaldæo חנני *chinneghim*, qui certis ordinibus instar apum) sonum instrumenti *nechiloth*, ait Cantapetrensis c, similem fuisse strepitui apis; quod etiam refert Pintus d suas vices peragerent, & tamquam hæreditatum partes colerent. C

Vobis nechiloth variæ significationes.
Ariæ.
c 4. Hypotyp. c. ult.
d Ezech. 47. sub finem.
Sonum hujus instrumenti similem fuisse strepitui apis vult Cantapetrensis.
Omnium fere expositorum sententia.

Omnes ferè nostri expositores, juxta notionem hæreditatis, existimant sermonem esse de hæreditate præcipua Domini, quæ est Ecclesia, quasi *liberæ filia* e, repudiata Synagoga, quæ est *ancillæ filia*, quæ tamen aliquando nomen habuit hæreditatis, ac partis Domini f: Septuaginta huc respexisse, utentes numero singulari. Si autem numerus pluralis consideretur, Synagogam cœpisse hæreditare; Ecclesiam obtinuisse perfectam & consummatam hæreditatem. Addunt etiam aliqui g, quamlibet animam Justi designari potissimùm, quæ spectet ad Novum Testamentum. Jeremias h verbis Dei meminit repudiandum testamentum antiquum, quia populus id irritum fecerat; & *hæreditatem Domini posuerat in abominationem* i: præterea dicit K, quod *reliquit Deus domum suam, dimisit hæreditatem suam, quæ facta ipsi erat quasi Leo in sylva, avis discolor, & tincta per to-* D *tum; & quod portio ipsius desiderabilis data est in desertum solitudinis* l Lamentabatur ipsemet Propheta, quod *hæreditas eorum versa esset ad alienos, domus ad extraneos*; nempe *dante hæreditatem Deo, timentibus nomen illius* m; & *populo, quem quumprius non cognovisset Deus, servivit ei* n.

e Gal. 4. 31.
f multis locis.
g Didymus, Theodoretus, Hesichius, Nyssen. tract. 2. in Ps. c. 5.
Jeremiæ loci ad quid citati.
h c. 31. 31. 32. 33. Heb. 8. 8. 9. 20.
i cap. 2. 7.
K c. 12. 7. 8. 9
l Thren. 5. 2.
m Ps. 60. 6.
n Ps. 17. 45.

Omnis in omni lege Justus ad hæreditatem pertinet Dei, & ex eorum numero est, si perseveraverit, quibus dicetur o: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum*, &c. & consequetur *hæreditatem incorruptibilem* p, &c. tamquam hæres Dei, quia cohæres Christi q, propter vim meritorum ejus, quæ hoc obtinuerunt, cum jure filiationis adoptivæ. Ceterum Novi Testamenti privilegium est, peculiari quodam modo tribuere titulum filiorum Dei, & cohæredum Christi, & hæredum Dei: prius hæres parvulus, sub tutoribus & actoribus, licèt omnium quoque Dominus esset r, regebatur sub timore, nec licebat ei adire possessionem hæreditatis. Hac de re plura alibi s, & quo pacto Deus nostra, nos Dei sumus hæreditas; & beatitudo qua ratione simul merces sit, simul hæreditas. Quamquam quamdiu vivimus, quod acutè notavit Chrysostomus, *ut parvuli sapimus, & loquimur* t: *& nondum occurrimus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* u; Sed veluti apud nutricem alimur. Idcirco reservatur hæreditas in futurum, cujus ne cognitionem quidem claram hic habemus x. Interim non tam hæredes absolutè nominandi sumus, quam dicendi hæreditatatem consequi, ut Asterius annotat, quemadmodum habetur in hoc titulo, & in dies magis magisque proficere, ac plura nobis conquirere. Aliam tamen Euthymius dat caussam, quia hæreditas, inquit, nullum habitura est finem: quod melius tempore præsenti, quam præterito, vel futuro exprimitur. Quam autem facili negotio hæreditas tanta comparetur, Chrysostomum lege, simulque de amore sponsi Dei erga sponsam, cui communicat hæreditatem. Denique numerus multarum hæreditatum, quem Hieronymus ponit, præter id quod dixi de Synagoga, & Ecclesia, atque quod nos Dei, Deus nostra sit hæreditas, potest indicare multitudinem gentium ad Ecclesiam congregandarum, quas eodem quoque numero Isaias y nominat *hæreditates dissipatas*: & de Christo dictum z: *Tu hæreditabis in omnibus gentibus*; atque in Psalmo secundo a: *Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam*.

o Matt. 25. 34.
p 1. Petr. 1. 4
q Rom. 8. 17.
Novi Testamenti privilegium.
r Gal. 4. 1. 2.
s 1. Petr. 2.
Acutè Chrysostomi observatio.
t 1. Cor. 13. 11.
u Eph. 4. 13
x 1. Cor. 2. 9.
Euthymii ratio.
y cap. 49. 8.
z Ps. 21. 8.
a vers. 8.

Communiori huic sententiæ adhærendum], non rejecta alia simpliciore de hæreditate David temporali, de qua conquerens ipse apud Saul, dum is eum persequens exulare cogebat, dixit b: *Ejecerunt me hodie, ut non habitem in hæreditate Domini*, dicentes: *Vade, servi diis alienis*, quia nempe extra promissionis terram ab Hebræis inhabitatam, colebant passim Idola. Præter expositores Psalmorum diligenter examinat hunc Titulum, & editionem nostram tuetur Hector Pintus Commentario Ezechielem c.

b 1. Reg. 26 19.
c in cap. 47. sub finem.

ARGUMENTUM.

PEti ex Titulo potest argumentum. Juxta simplicem sensum litteralem, David poscit restitui sibi hæreditatem regni à Deo sibi dati, vovens quodammodo felicis exitus gratulationem in templo, ut exoret, objicit Deo simplicitatem ac probitatem suam ipsi alioqui haud ignotam ipse verò penitus ab hostium dolis & vi, profitetur nullum se alibi quam in Deo præsidium quærere, quæsivisse; quæsiturum esse. Mysticè referuntur hæc eadem ac cœlestem hæreditatem, Ecclesiæ, & cuivis Justo propositam, cum quodam, etiam in hac vita, præ gustu ejusdem. Athanasius d Psalmi hujus usum tradidit esse, ut si ad malitiosorum insidias respicias, preces tuas ad aures Domini pervenire cupiens, mane tibi sit concinendus: etsi supplicare ac orare constituas.

Mesticus argumenti sensus.
Athanasius quem usum hujus Psalmi tradat.
d tra. de interpret. Ps.

Vers. 2.] Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.

COMMODE patiatur Psalmum Augustinus in Apparatum veluti orantis usque ad versum quartum exclusivè: in remotionem eorum quæ obsunt orationi, quo minus exaudiatur, usque ad octavum; In Declarationem spei, quod fit de Dei Domo futurus, sed interim, dum hic vivitur, cum timore, usque ad nonum; In petitionem, ut quę dixit impedimenta, repellat Deus, usque ad partem undecimi; In prædictionem de supplicio Impiorum, & præmio Justorum usque ad finem Psalmi. Porrò quum non admodum obscura videatur sententia, notanda erunt dumtaxat sigillatim, quæ propriam aliquam difficultatem continebunt. Euthymius & Carthusianus in utrove versus membro repetitionem observant, iis, qui ex corde supplicant, familiarem, & toti huic libro perfrequentem. Iidem tamen, & alii nonnullum discrimen agnoscunt, de quo dicendum.

Partitio hujus Psalmi ab Augustino.
Euthymii & Carthusiani observatio.

Verba mea.) Chaldaicè, *Verbum meum*, מימרי *Memeri*. Ablatis punctis Hebraicè potuit etiam esse numerus singularis אמרי si diceremur, *imbri*, non autem, *amarai*. Quia *verba*, Græcè τὰ ῥήματα, sunt *sermonis*, τοῦ λόγου, partes; Asterius ait David significare in omnibus partibus momentum esse, seque in singulis exaudiri velle. Propriè connotatur prolatio vocis articulatæ in verbis istis, ut etiam sequens verbum indicat, Unde

Unde quod in Trinitate vocatur Verbum, Græcè non ῥῆμα, sed λόγος dici solet: fereque similis differentia inter Hebræa אמר *emer* & דבר *davar*. Falsus est Arias, dum hic legit, דברי *devarai*, etsi *Verbum* dixit significare tum res, tum verba: quod non ita de alio asseri potest. Infert voluisse Davidem haberi rationem utrorumque, tum rerum, tum verborum. At non utraque significat אמרי *amarai*.

Arias correctus.

Auribus percipe.) Hieronymus, *exaudi*, sed versio nostra melius exprimit Græcum ἐνώτισαι, & Hebræum האזינה *haazinah*, illud enim est ab οὖς, hoc ab אזן *ozen*: quæ significant *aurem*, quæ Deo sicut & alia membra corporea ἀνθρωποπαθῶς tribuuntur, quod toties monere contra Anthropomorphitas non oportet. Sæpius usurpat David hanc formulam in precibus, aut *inclinandi aurem*, aut *aures intendentes habendi*.

Magna fiducia petit Justus auribus percipi à Deo verba sua: peccator irascens, maledicens, vellet Deum aures claudere, inquit Hieronymus, & Chrysostomus. Petit Justus quæ dare Deus vult: quia nihil concedi sibi vult, nisi quomodo ille vult. Peccator tamen etiam B dum resipiscit, potest humiliter flagitare exauditionem. Sed cujus verba mala, meminerit illud a: *Qui plantavit aurem, non audiet?*

a Ps. 93. 9.

Hugo S. Victoris b notat orandi modum triplicem, præsertim in Psal. per sola nomina; ut c, *Misericordia mea refugium meum, susceptor meus, Deus meus, adjutor meus*. Per sola verba; ut d, *Exaudi, respice, miserere, placare, attende, & fac*: per verba, & nomina, ut hoc loco, & sequentibus verbis; *Intende voci orationis meæ, Rex meus, & Deus meus*. De primo docet, quo magis est foris significatione imperfectus, tanto magis intus esse abundantia dilectionis plenum: quia affectus, quanto major & ferventior intus est, tanto minùs foris per vocem explicari potest. De secundo agit, quòd minorem quidem primo devotionem indicat, majorem tamen tertio, qui plena significatione pronuntiatur. Primo tribuit nomen puræ orationis, secundo exactionis, tertio captationis, quæ ipse non magis explicat.

b in Inst. monast. l. de Modo orand. c. 2.
Orandi modus triplex, præsertim in Psalmis.
c Ps. 134. 2.
d Dan. 9. 19

Domine.] Chrysostomus prudentis officium sponsæ dicit esse, sponsum appellare dominum, quum soleat C inter homines suum sponsa hoc nomine vocare; tametsi ejusdem naturæ; sit autem Christus natura, & propriè dominus e. Primus orantes Christus docuit uti solemni appellatione Patris f: vixque unum & alterum in Vetere Testamento extat exemplum g.

Chrysostomus prudentis sponsæ officium esse vult, sponsum appellare Dominum.
e Jo. 13. 13.
f Matth. 6. 9
g Eccli. 23. 4. & 51. 14.

Intellige clamorem meum.] Hieronymus, *rugitum*, juxta alios codices, *murmur meum*, Chaldaicè, *desiderium meum*, רגגי *righeghi*; quamvis alii legant רנני *rineni*, *cantum meum*. Hebraicè הגיגי *haghighi* locutionē, sonitum, cantum, murmur, rugitum, meditationem, clamorem. De varia notione hujus loci dixi Psalmo primo h. Innuitur cordis affectus internus, præter vocalem verborum sonum. De clamore quoque indice interni affectus, vel pro ipso etiam solo affectu egi Psalmo tertio i. Gemitum in clamore Jeremias eleganter expressit k: *Clamavit cor meum ad Dominum super muros filiæ Sion: deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Quomodo clamamus in cordibus nostris*, ait in expositione D hujus Psalmi Chrysostomus, *quando cum gemitu Dominum deprecamur; sic quando lacrymas ad Deum fundimus, eo tempore pupilla oculi nostri clamat ad Dominum*.

Variæ notiones vocis clamoris.
h vers. 2.
i vers. 5.
K Thr. 2. 18.

Verbum, *intellige*, præter externam auditionem, addit intellectus applicationem: quod præsertim verum est, si clamor hic accipiatur ut est inconditus in morem murmuris, & mussitationis, quæ pressis insonat dentibus, vel intra fauces. Requirit scientiam hujusmodi res majorem, quàm quum distinctè depromuntur verba, & articulatè. Idem est, si vox Hebræa, ut & Chaldæa, cantum sonet: opus namque & in ea re recipienda peritia.

Vis verbi intellige.

Libera est hæc oratio, sed index humanitatis Dei, ut Asterius docet, qui se nimirum patiatur ad intelligendum, quum nihil non intelligat, provocari: nos etiam quando prudentem virum alloquimur, non audemus dicere, intellige quæ dico, ne tamquam hebes mente reputetur. Simul etiam declarat David, ut Cyrillus observat, non nisi utilia, & necessaria, quæque concedere Deum deceat postulare. Item, ut notat Euthymius, non fortuitò laudes offerre, seu labiis, seu ipso corde: idcirco permittere Deo, ac etiam expetere, ut pervesti- A gat ipse, atque diligenter exploret scopum clamoris sui, & liberè deneget si quid preces minùs Deo dignum contineant l: Quoniam *quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus* m *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Alibi n idem Propheta flagitat tentari à Deo, & probari, & sciri cor suum, & interrogari, & cognosci semitas suas, nempe fretus bonitate conscientiæ, nec veritus divinam cognitionem, judiciumque; desiderans boni propositi confirmationem, & robur, prodens his, qui carmen suum legerent, sincerum animum suum, atque innocentiam: cupiens cognitionem sui ipsius exactiorem habere: ita ut, quemadmodum de novo *cognoscere* dicitur *Deus*, quando facit ut nos cognoscamus, ita petamus ut nostras res cognoscat, tum ut bonas approbet, tum ut easdem nobis, quantum expedit, manifestet, &, si non adeo bonæ sint, ut eas emendemus.

Asterii observatio.
Cyrilli.
l Valentia hoc indicat.
m Rom. 8. 26
n Ps. 25. 2. Ps. 138. 23.

Vers. 3.] Intende voci orationis meæ Rex meus, & Deus meus.

EN jam tertio eodem penè sensu idem orantis affectus exprimitur. Chaldæus Paraphrastes repetit idem verbum אצת *atiseth*, quod primo posuerat loco; Hebræum & Græcum ter variatur; illud hoc loco, est הקשיבה *haKsciuah*, istud πρόσχες; Eusebius primum Græcum ἐνώτισαι, refert ad attentionem; secundum, σύνες, ad intellectionem; tertium, ad decretum, ut statuat Deus de auditis, & intellectis.

Eusebii, & aliorum expositio.

S. Thomas, Ludolphus, Valentia ultimum ad exauditionem; Bruno, ut det Deus intentionem, hoc est, perseverantiam voci orationis, Remigius & Ricardus Pampolitanus, ut se præbeat intensum, non remissum, perducatque ad effectum, quod ipse orat. Ultimi duo dicendi modi non congruunt notioni verbi Græci, & Hebræi: & Latinè *intendere*, est etiam propriè animum applicare: Hebræumque importat simul in attendendo gestum, ut fit auribus arrigendis. Qui sic attendit, exaudire videtur velle. Unde in alio Psalmo o ubi est idem verbum, legimus; *Propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ*. הקשיב בקול תפלתי *hiKsciu biKol thephillathi*. Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. Vertit Hieronymus hoc loco: *Adverte ad vocem clamoris mei*; in illo alio: *attendit vocem*, &c. Optans sponsus sponsæ audire vocem, sic provocat, & invitat p; *Quæ habitas in hortis, amici auscultant; fac me audire vocem tuam*.

Intendere quid propriè Latinè
o Ps. 65. 19.
p Cant. 8. 13

Admonet Augustinus Cassiodorus, Remigius, Haymo, Glossa ordinaria, numeri singularis verbum, *Intende*, junctum tribus nominibus, Rex, Deus, Domine (quod ultimum habetur versu præcedenti, & sequenti) ad indicandam Trinitatem; ita ut Rex de Filio Deus de Patre, Dominus dicatur de Spiritu Sancto; & primo loco poni Regem (si nempe de priore versu nunc ratio non habeatur) quia per Filium itur ad Patrem. Meretur venerationem non necessaria licet annotatio. Nam etsi Filio *Regis* nomen tribuatur, tamen æquè etiam frequenter *Domini*, præsertim in Testamento Novo, ut aliàs ostendimus q. *Spiritum* quoque *sanctum* vocat Nicenum Symbolum. Equidem putarem nomina hæc omnia nunc eodem referri, & ad eumdem Deum sine distinctione personarum, sicut & aliquoties, quando eidem attribuuntur Epitheta plura.

Augustini observatio & aliorum.
q Act. 1.

Voci.) Vox minus quid, & ipsa per se difficilior ad intelligendum quàm clamor, & verba; propterea non immeritò distinctè petitur, ut ei intendat Deus. Euthymius putat velle significare se clarè atque apertè locutum fuisse, quum clamor ignotam soleat vocem efficere. Sed profectò ignotior, ut dixi simplex vox, et verbum tum Græcum, tum Hebræum, de quibus antè memini, diligentem, intentam, seriam observationem denotant, ut expendat Deus.

r *Num solidum crepet, aut picta tectoria lingua*
Arguat.

r Pers. Sat. 5

Orationis.) Δεήσεως. Chrysostomus non προσευχὴν, quę simplex oratio est, sed δέησιν positam notat, quæ supplicationem, ac supplicem precationem designat, quasi dicas τοῦ δεόντος, idest, qui se agnoscat egentem, et qui simul pavens, petat, et Deum timeat, quem nonnulli, inter quos hoc loco Remigius, è Græco δέω deducunt.

Chrisostomi obser-

a Phil. 4. 6.
Προσευχὴ δέησις.

Paulus a enumerans distinctè orationem, obsecrationem, cum gratiarum actione & petitionibus, primam Græcè vocat, προσευχὴν, secundam, δέησιν. Ubi putant primam ad bonarum rerum petitionem, secundam spectare ad deprecationem malorum. Legit in isto Psalmo Augustinus, *observationis*, Hieronymus vertit, *clamorem*, quem propriè significat Hebræum nomen שוע *scevah* etsi etiam orationem, sed eam, quæ cum gemitu, clamore, vociferatione, quodam quasi ululatu rugituve fit, ad implorandam opem.

Principium hujus versus secundum Græcum.
b In orat. Dom. & l. 2. ep. 29.
Lectio textus Hebræi & Hieron. Rex, de Christo. Deus, de Patre, Dom. de Spiritu S. Jacobi Valentiæ sententia impugnata.
c supra.

Rex meus, & Deus meus.] S. Thomas admonet, secundum Græcum hoc esse principium versus. Non potui deprehendere; & obstat post hæc particula ὅτι, *quoniam*. Quamquam favet Cyprianus b, juxta textum Hebræum, & Hieronymi versionem connectuntur isti versui quatuor primæ sequentis dictiones: *quoniam ad te orabo*, sed nihil refert. Paullo antè monui, Regem de Christo, Deum de Patre, Dominum de Spiritu Sancto piè commodèque ab Augustino, Cassiodoro, & aliis accipi: videri tamen simpliciter personarum non habita ratione tribui Deo secundum se. Quocirca non admit- B to quod ait Jacobus de Valentia, quando in Scriptura scribitur Rex, & Deus, semper intelligi Christum, qui est Deus, & homo; caput & Rex Ecclesiæ & Civitatis Dei, quam regit, & gubernat. Cyprianus c tamen hæc duo de Christo interpretatur, citans præsentem locum.

d Heb. 11. 16.

Fiduciæ & amoris signum est, illum, qui omnium hominum, rerumque Deus est, ac Rex, Dominusq; suum propriè appellare; nec id usurpare alii licet, quam ei, qui dicere potest, ut ait Hieronymus: *Non est venter meus, Deus meus, non aurum, non libido*, vel, ut Euthymius, *qui omnia Idola abjecerit. Non confunditur Deus vocari Deus noster, quia paravit d, nobis civitatem* hac inferiore meliorem, nempe cœlestem, ubi perfectè regnat, & nos regnabimus cum illo.

e in cap. 11. ad Heb.
Theophylactus, Deum quorumdam virtutem quanti facere doceat.
f Exod. 3. 15.
g Ps. 23. 10. Ps. 43. 5. Ps. 46. 7. Ps. 67. 25. Ps. 83. 4. Ps. 97. 6. Ps. 144. 1.
h Ps. 143. 10.
i Ps. 134. 10. Ps. 135. 17. 18.
k Ps. 32. 16.
l Ps. 20. 2. 8. Ps. 62. 12.

Theophylactus e docet, Deum ob eximiam quorumdam virtutum, tanti eos facere, ut quum sit Mundi totius Dominus, ac Deus, & visibilis, & invisibilis, non erubescat peculiariter vocari eorum Deus, perinde quasi ipsi omnibus creaturis sint æquiparandi. Hoc Deus memoriale suum in generatione & generationem, & nomen C in æternum esse dicit, dici *Deum Abraham, Isaac, & Jacob f*. Porrò David & ipse in terra Rex, ac participatione quadam etiam Deus; acceptam verò, supremo Regi, Deoque potentiam, & dignitatem ferens, crebro has simul voces usurpavit g, aut *regis Domini*, profitens illum esse, qui *det salutem regibus h*, vel occidat quum liberit i; Nec enim ipsos salvari *per multam virtutem* externam k; sed *lætari in virtute* illius, atque in eo sperare l; *dicere*, ac dicare *opera sua* omnia illi m; Orat quoque David, ut Deus *salvum faciat regem* n.

Nomen Regis in Deo quid importat; in Davide, quid.
m Ps. 44. 2.
n Ps. 19. 10.

Nomen *Regis*, importat in Deo providentiam; nomen *Dei*, efficientiam omnium; In David primum demissionem, ceu subditi & militis, dicit; secundum, religionem piè colentis, atque creaturæ ad Creatorem & auctorem suum conversionem. Innuit præterea exigere se, suo veluti jure, ut jus Rex sibi dicat, & det; ut tamquam Deus creator tueatur, & conservet opus suum. Ad hæc significat, sibi, ut Cajetanus benè notat, cum Deo agendum, tum de iis, quæ spectent ad proprium regnum, & dejectionem adversariorum; tum D quæ pertineant ad cultum divinum.

Vers. 4.] Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam,

o Ps. 54. 18.
p Ps. 118. 62.
q Psal. 33. 1.
Suaviores diei primitiæ ad orandum.
Mysticus sensus.

URGET orationis instantiam, seque, quod nunquam prætermittat, matutino præsertim tempore, ãte alias omnes curas facere, nec dubitare quin exaudiatur. Dixit quidem David alibi o; *Vespere, & manè, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam*; *Media* quoque *nocte surrexisse p, ad confitendum nomini Domini*; item, *Benedicturum Dominum in omni tempore q*; Suaviores tamen diei primitiæ sunt, ita ut ad litteram sumi possit diluculi tempus, licet Hieronym. nolit.

Mysticum, vel ut oratio à justitiæ sole approbetur, pulsis peccatorum tenebris; quod Hesychius, Hieronymus, Cassiodorus, Haymo, qui vocat *principium conversionis*, Alcuinus, Glossa Interlinearis, Ludolphus, & alii A afferunt; vel quod Asterius, & Augustinus r, indicant, ut in hæreditatem se, & Ecclesiam admittendam vaticinetur, quando hæres Patris manè resurrexerit, cohæredem illam declaraverit; cujus rei, ait Asterius, Magdalena typus diluculo pergens ad monumentum: vel quod Aretas s, Euthymius, Valentia, eo tempore, quo sol justitiæ Christus per incarnationem orietur, vel quod Remigius & Bruno, ut perfecta exauditio fit post hujus vitæ noctem, ignorantiæ ac vitiorum tenebris involutam, quando *nox non erit ultra t*, & *fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum u*, Vel, quod Hieronymus x iterum, ut inchoet quis orare in pueritia; vel, quod Genebrardus, ut sit prædicto liturgiæ nostræ, quæ matutinis horis celebratur vel, quod Didymus, ut gratias agat, quod illustraverit Deus mentem luce contemplationis, quam amor comitetur.

r hic & in Jo. c. 7. tract. 34. in Jo. 1. de Trin. c. 8.
Magdalena diluculo pergens ad monumentum cujus rei typus.
s in Apoc.
t Apoc. 22. 5.
u Matt. 13. 43.
x in c. 5. Isaia.

Litteralis sensus.
y cap. 16. 28.
z De Orat. Dom.
a Reg. 37. fusius.
b Citatus in Ann. editis à LXX. emendatis.
c hom. 30. in Gen. & 24. ad Popul.
Alia notio adverbii, mane.
d Ps. 62. 1.
e Ps. 87. 14.
f Isa. 30. 19.
g infra 65. 14.

Litteralem sensum, qui est etiam Theodoreti, Chrysostomi, Basilii, Eusebii, Euthymii, confirmat Chrysostomus sententia libri Sapientiæ y; *Quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum solis te adorare*. De quo loco adi, si libet Commentarium nostrum; ubi de commodis orationis matutinæ; quam, ut solemniter habetur in Ecclesia, comprobat hinc Cyprianus z, & Basilius a. Athanasius b innuit eumdem locum Sapientiæ. De matutina oratione lege Chrysostomum c. *De luce* vigilabat David d; *manè oratione præveniebat David e*. Ad eumdem litteralem pertinere sensum potest alia notio adverbii, *manè*, idest, citò, quæ placet adhuc Asterio, S. Thomæ, Remigio, Carthusiano, Cajetano, & Genebrardo. Nam *ad vocem clamoris nostri statim ut audierit, respondebit Deus f*, & *adhuc nobis loquentibus, ipse audiet g*; & *præparationem cordis audiet auris ejus h*, & *in tribulatione nostra mane consurgentibus, quasi diluculum præparatus est egressus ejus i*.

h Ps. 9. 17.
i Ose. 6. 1. 3.
Allusio.
k Ex. 14. 24.
Non allusio sed directa sententia ad quid. Agelli expositio.
l Ps. 100. 8.

Potuit præterea David allusisse, divinam opem implorando contra hostes, ad vigiliam matutinam, qua sunt interfecti Ægyptii in mari rubro k, ut Lyranus observavit. Denique, ut idem scribit, alludit ad sacrificium matutinum. Nicolaus Trevet non allusionem, sed directam putat esse sententiam, qua David tempus illud definiat exauditionis suæ, de qua responsum accipiat, Agellius ait, more litigantis de sua Davidem loqui caussa, quam dicturus esset coram judice Deo, quoniam solebant Hebræi manè judicia exercere, ut indicant alterius verba Psalmi l; *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*. Res incerta, nec magis certa probatio; potest namque ibi matutinum illud significare citum ac velox tempus, ne diu David fineret peccatores vivere.

Inter ὅτι, & ὅτε, voculas, similitudo.

Quoniam.) כי *chi* significare quoque posset, *quum*, idest, *quum orabo*, & inter ὅτι *quoniam*, & ὅτε *cum*, vel *quando*, magna similitudo. Notavit id Felix, & Eugubinus. At nihil opus, quum necquicquam variet sensus.

Futuri temporis ratio redditur.
Basilii interpretatio. Φωνὴ δεήσεως, Soli Deo propriè fit εὐχή.
Eusebii, Chrysost. & aliorum observatio.

Ad te orabo.) Hieronymus, *te deprecor*; futurum, אתפלל *ethpallel* exponens per præsens, quod alibi sæpe fit Scholion Græcum monet alios habere εὔχομαι, in præsenti. Augustinus tamen temporis futuri caussam dat, cum præcesserit antea oratio, ejusdem perseverantiam orationis (id quoque S. Thomas) ut possit exaudiri, vel certè se intelligere exauditum. Basilius vult hoc verbum propriè ad nomen Dei pertinere; φωνὴ δεήσεως, in præcedente versu, ad nomen Regis. Certè soli Deo propriè fit εὐχὴ votum, unde προσευχὴ orat. o. In duabus verò primis particulis, *ad te*, πρὸς σε, אליך *elecha*. Eusebius observat non solam præsentiam, ideoque non esse dictum, *coram te*, sed vicinitatem ad Deum; Chrysostomus non simplicem orationem, quam vix est qui non facit, sed absque ostentatione, atque humanis dimissis, relatam purè ad Deum, hoc est, ad ejus gloriam, & ad eumdem adipiscendum, & exclusis Idolis. Hoc secundum notant etiã Euthymius, Remigius, Alcuinus, Interlinearis, Ludolphus, Richelius, Cajetanus. Chaldaice est קדמך *Kodamach*, *Coram te*, quam excludit versionem Eusebius.

Mane pro tempestivo & congruo tempore.
m Eccl. 10. 16. c. 13. 6.
n Job. 7. 18.
o Ps. 142. 8.
p Ps. 100. 8.
q Ps. 72. 14.
r Jer. 25. 4. c. 32. 33. c. 35. 14.

Manè.) Dixi, accipi quoque pro tempestivo, celeri, veloci, congruo tempore. Idem est de matutino, ac diluculo; & exemplis aliis non paucis ostendi potest, quod egimus alibi m; Tale, *Visitare diluculo n*; *Auditam facere mane misericordiam o*; *In matutino interficere peccatores terræ p*; *Castigatio in matutinis q*; *De mane, ac diluculo consurgere, docere, & loqui r*; *In tribulatione mane con-*

a Osee 6. 1.
Prov. 1. 28.
b Ps. 77. 34.
c Ps. 89. 14.
d Sophon. 3. 7.
e Tract. de interpret. Psalmor.
Alia lectio.
Hieronymus hunc versum ut orditur.
f Ps. 118. 147.
g 16. Moral. c. 27.
Latini vox mane, non Græca. Septimana unde dicta, quod est, septem luces.
Mysticè quot modis sumatur vocula mane. Hebræi pro modo optativo quem non habent utuntur futuro indicativi.

consurgere ad Dominum a: *Diluculo venire ad eum b*: *Repleri mane misericordia divina c*: *Surgere diluculo & corrumpere cogitationes suas d*. Ceterùm hoc adverbium vel conjungi potest cum priore verbo, *orabo*, sicut aliquos velle vidimus, quibus adde Athanasium e docentem debere mane hunc Psalmum legi: vel cum sequenti, *exaudies*: quod plures malunt, & usus Ecclesiæ in canendo ac recitando habet. Hieronymus præterea versum sic orditur: *Domine manè audies vocem meam*: eodemque modo dispositus est Hebræus & Chaldæus textus. Priore modo, præter dicta de sensu, videtur innuere David, se, quod urgeatur, prematurque gravi necessitate, illico absque mora sollicitare auxilium, atque, ut alibi dixit, clamando prævenire in maturitate f. Latina vox est, *manè*, non ut Haymo docet, Græca (quasi *lucem* significet, & inde *septimana*, idest, *septem luces*) de qua citato loco satis. Quot modis mysticè accipiatur, lege Gregorium g. Hugo autem Cardinalis novem caussas affert morales cur dicatur mane de infusione gratiæ; distinguens præterea sex acceptiones attribuit singulas uni ex Psalmis feriarum, in quibus contineatur *manè*, aut quippiam æquivalens, ut *lux*, & *matutinum*. Qui his delectatur, cognoscat apud indicatum Auctorem.

Exaudies.] Lyranus, *exaudias*. Explicat, quia Hebræi non habent, inquit, modum optativum, sed pro eo utuntur futuro indicativi. Jansenius consentit & Vatablus. Nihilominus expendit vim futuri temporis Augustinus, eo modo quem retulimus de verbo, *Orabo*. Adde certam fiduciam exauditionis.

Vers. 5.] Manè astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

h Ps. 145. 7.
i Ps. 65. 18.

ILLO, inquam tempore matutino, divinæ contemplationi, orationique percommodo, ante omnia memet tibi præsentem supplex exhibebo, simulque ad dicendam paratus caussam, & ad parendum voluntati tuæ, atque intentis in te mentis oculis, opem à te, consolationemque avidus expectabo. Nec dubito, quin impetrem, quoniam displicet divinæ justitiæ tuæ omnis injuria improbitasque, quam à meis me inimicis ferre non ignoras, facisque judicium injuriam facientibus h: quàm verò ipse ab inferenda aliis longè absim, mea me coram te conscientia docet: illud quoque docens, quod iniquitatem si vel in corde meo aspexerim, non exaudies i.

Phrasis astare mane.
Phrasis Instanter erudire.
k Prov. 13. 24.
Peccatores in matutino interficere quid.
l Ps. 100. 8.

Manè.] Et hic latè patet, sicut præcedente versu: unde quæ necessaria sunt repete. Adiice & hoc; significare posse, *astare manè*, non tam præcisè tempore matutino, quàm quocumque alio, sed diligenter, instanter, sedulò. Unde *filium erudire instanter k*, Hebraicè dicitur, *manè, diluculo*, שחרו *sciharo*, manicat ei, vel maturat, ἐπιμελῶς: *peccatores in matutino interficere l*, est, non differendo, aut dissimulando; quod & antea monuimus.

m De Orat. Dom. & lib. 2. cap. 29.
Variæ expositiones.

Astabo tibi.] Hieronymus, *Præparabor ad te* Cyprianus m, *Assistam tibi*. Chaldaicè: *Ordinabo coram te*, אסדר קדמך *Asadder Kodamach*. Pagninus, *Disponam*, vel *Præparabo me*. Vatablus, *Accommodo me tibi*, vel *Ordino me ad te*, idest, soleo te deprecari, vel *Præparabo tibi*, subaudi orationem meam. Felix, *Præparabo tibi*, aut *Ordinabo ad te*, scilicet orationem, aut, Præparabor ad te. Cajetanus, *Præparabor tibi*. Omnia in idem recidunt; neque enim, ait Titelmanus corporis pedibus, sed cordis affectibus Deo assistimus. Hebraicè extat אערך לך *ebberach lecha*, quod verbum solet aliis locis interpretes interpretari *præparare*, *ordinare*; interdum per circumlocutionem *similem esse*, sive *æquari n*: aliquando *componere*, sive struere, ut ligna o, nonnumquam *adæquare p*, alias *militare q*, aliquando *statuere r*.

n Ps. 88. 7.
o Gen. 22. 9.
p Job. 28. 17.
q c. 6. 4.
r Ps. 49. 21.
Generalis significatio.
s Job. 28. 13.
t Ps. 49. 21.
u c. 13. 18.

In genere significat, suo quidque ordinare disponere, certa ratione, ac proportione collocare, ut castra, aciemve, quæ vocatur מערכת *mabharachab*, & *panes propositionis* dicuntur מערכת *mabharacheth*: & pretium rei, quod scilicet pro ordine, graduque, in quo quisque est, ei debetur, appellatur ערך *bberech s*. In illa Dei comminatio ne terribili. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam t*, perinde est, ac si diceretur, instruam, ordinabo, disponam tamquam aciem contra te ipsamet peccata tua: E contrario fretus bonitate caussæ Job ait u; *Si fuero judicatus*, (ubi est hoc ipsum verbum, significatque, si præparavero, instruxero, disposuero, ordinavero judi-

x c. 13. 4.
y cap. 33. 5.
z cap. 32. 14.
a cap. 2. 1.

A cium ac litem meam) *scio quod justus inveniar*. Item x: *Ponam coram eo judicium, & os meum replebo increpationibus*, idest, libera oratione, justis querelis pro me apud Deum, adversus amicos criminatores meos. Præterea y: *Si potes*, ait, *responde mihi, & adversus faciem meam consiste*. Denique dum dicit propter innocentiam z, quod nihil locutus est ei Deus, pro, *locutus est*, habetur idem verbum, quasi diceret, non direxit aciem disputationis contra me, quam Latinè *concertationem* vocamus. Sed & Habacuc pari loquendi formula a: *Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me*.

Sensus præsentis loci.
b Eccl. 18. 23.
c Comment. ling. Græcæ.
Παριστᾶν seu παριστάναι. apud Budæum significatio.
d c. 23. 33.
Aliæ significationes. Item verbi Παρίστασθαι.

Erit ergo sensus præsentis loci: *Adstabo tibi*, אערך לך *ebberach lecha*, velut in ordinem digestis atque propositis judicio tuo meis operibus, sistam me coram te, ac veluti pugnaturus in oratione, præparabo animam meam b, ne si accedam inermis, & imparatus, videar te tentare. Disponar, inquit Nicolaus Trevet, ad orandum te, & ad accipiendum responsum de exauditione. Sed hanc B dispositionem accipit angustiùs de sacrificio matutino, quod quodam modo voveat suo tempore facturum. Attingit S. Thomas præparationem ad orationem Græca παραστήσομαί σοι, activè ac passivè sumi possunt. Inter alia verò, ut annotavit Budæus c, forensi notione significat παριστᾶν, seu παριστάναι, (quum primaria significatio sit, *sistere prope*, vel *stare prope*) *producere in judicium*, *sistere in judicio*: ut olim ipse etiam observavi Commentario in Actus Apostolorum d: παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ, nimirum ἡγεμόνι, *statuerunt ante illum*, præsidem Syriæ Felicem, *Paulum*. Præterea est *conferre*, *contendere*, *res inter se compositas æstimare*; Item, *repræsentare cuipiam rei alicujus imaginem*, ac si præsens produceretur. Denique in media voce παρίστασθαι, *subigere, ac subigi*, *ad deditionem compellere, & compelli*.

Hæc omnia inservire possunt proposito, ut significet David, se quò facilius exaudiatur, constituere seipsum ante Dei judicium: expendere vitæ suæ rationes omnes, actionesque, ac semelipsum cum seipso, cumque divina lege comparare; exhibere se totum penitus cognoscen- C dum Deo: dedere sese illi, & contradere tamquam mancipium infinitis titulis juris ac potestatis ipsius: ut si id non faciat, iniquus sit, & Dei malevolentiam incurrat, *qui non vult, sed execratur iniquitatem*.

Loci interpretationes aliæ.
e 3. Reg. 17. 1.
f Ps. 118. 155.

Adde, si vis, & illam significationem, præsto esse, & paratum ad agendas gratias mox ut exauditus fuerit, ut ait Lyranus: vel ad obsequendum tamquam Regi, & Domino, ut placet Didymo, Theodoreto, Remigio, Lyrano, Carthusiano; vel, quod innuit Didymus, & Hieronymus, cum libera fiducia nata ex innocentiæ testimonio; qualem fiduciam præ se tulit Moses toties coram Deo stans, ut acciperet oracula; &, ut Cassiodorus post Didymum notat, Elias e, dicens. *Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto*. Sapit id nobiliorum conditionem Angelorum, quos *assistentes* vocant. Longè verò à peccatoribus salus est, f, ut etiam paulo post dicitur.

Ariæ sententia.
Auctoris.

Arias existimat translationem sumptam ab iis, qui ad judicia & jus conveniunt; ex quibus qui primum locum occupat, primus etiam auditur, maximè si inten- D to in judicem vultu, habitu, & gestu hoc agit; quod significari dicit illis vocibus, *& videbo*, ut Judicis oculos in se vertat. Adjudico sententiæ de judiciis; non autem de præoccupatione loci, vel contuitione supplicis; quod nec secum phrases ferunt, nec Auctor ullus alius ita exponit.

Ad tropologiam rejecta explicatio. Chrysostomi & aliorum.
Anagogicus sensus.
g Gen. 3. 5.
h Ps. 89. 6.
i ibid. 14.
k Ps. 29.

Ad tropologiam rejicio, vel ad ea refero, quæ dixi, explicationem Chrysostomi, Euthymii, Hieronymi, Augustini, Cassiodori, & aliorum de statu prope Deum ob vitæ probationem, & abstractionem à terrenis voluptatibus; & Alcuini, ac Ludolphi, de perseverantia. Anagogicus sensus est Remigii, ut adstet qui assiduè cum Deo stat, & prope eum cognoscit; *facie ad faciem*, S. Thomas, distinguens mane naturalis diei g, vitæ humanæ h, diei gratiæ in prima conversione hominis i, æternitatis k. Omnes quatuor sensus prosequitur.

l De Oratio. Dom. & lib. cap. 29.
Diversæ lectiones.
m Tract. 34. in Joan. & 1 de Trin. c. 8.

Et videbo.] Hieronymus Cyprianus l, & alicubi Augustinus m, *contemplabor*; & addit Cyprianus, *te*, sicut & Psalterium Æthiopicum. In Complutensibus, Regiis, & aliis libris Græcis ἐπόψῃ με, *videbis me*, quo etiam pacto habet Arabicum Psalterium; in emendatis ἐπόψομαι

qua lectione utuntur plures Græci, Latinique. Aquila, A teste Hesychio, σκοπιάσω, speculabor; cujus quoque lectionis meminit Chrysostomus. Hieronymus in Commentario reprehendit legentes ἐπόψομαι: vult autem in ἐπόψομαι, suppleri nomen secundæ personæ, & exponit, videbo te. Theodoretus, Basilius, & Euthymius legunt, ἐπόψομαι: alteram autem lectionem Euthymius recitans, ἐπόψομαι, in passiva significatione accipit *videbor, manifestus fiam*. Chrysostomus citatus in Annotationibus ad editionem LXX. emendatam, & Hesychius & Asterius, de utraque lectione mentionem faciunt.

Chrysostomi interpretatio.

Si legatur ἐπόψομαι, interpretatur Chrysostomus, ac si David diceret Deo, nempè in tribulatione, & quidem sub Saul constitutus: *Vidisti pascentem, respicies regnantem: vidisti psallentem, respicies prophetantem*. Si ἐπόψομαι, vidi caduca, & dolorum plena: *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas* a! pro his verò tristibus, & molestis ἐπόψομαι, respiciam bona æterna: vidi prophetas, respiciam Evangelistas: vidi Sanctos, respiciam Martyres. In scholio quasi ex alio interprete affertur ἀποσκοπεύσω *Intuebor tamquam scopum*. Felix ex B Hebræo אצפה *atsappeh* vertit, *respiciam*. Pagninus, Vatablus, Cajetanus, & alii, *speculabor*.

a Ps. 70.20.

Augustini expositio, & aliorum. b 16. Moral. c.27. lib.23. c.21. in Ps.5 Pænit. c in Levit. lib.5. c.1.

De visione atque contemplatione beatitudinis exponit Augustinus, Hesychius, Hieronymus, Gregorius b, Cassiodorus, Rodulphus c, Bruno, (qui secundum præsentiam quoque corporalem in resurrectione) Ricardus Pampolitanus. Alii de perfecta quadam, ac velut experimentali & practica cognitione Dei in hac vita: vel de eo quod sequitur: *Non Deus volens iniquitatem tu es*, ut Haymo, Carthusianus, Titelmanus, Cajetanus: vel de divinis mysteriis novæ legis, ut Valentia: vel de perspicaci notitia rerum agendarum, quibus Deo serviatur cum cauta quadam cura, & expectatione qualis est illius, qui de specula prospectat; ut Cajetanus: vel de certa spe exauditionis, quæ tamquam oculis cernatur, ut aliquot Hebræi: vel de futura punitione conjuratorum suorum, quos postea describit, ut Rabbi Salomon, & Lyranus: vel de vigili ac sedula, quasi defixis, nec se unquam deflectentibus oculis, (quod *contemplandi* verbum indicat positum à nonnullis) oratione, quam jam C paratam, verbo *astandi*, significaverat, ut Eugubinus: vel de intento in Judicem obtutu, ante quem tempestivè sese constituerit ad jus quam primum recipiendum, ut Arias. Omnes hi dicendi modi admitti possunt. Maximè litteralis est, ut se visurum, atque contemplaturum dicat, & experimento comprobaturum, Deo displicere iniquitatem, ut proinde certus quoque fit, se opem contra iniquos persecutores suos impetraturum.

Litteralis sensus.

Verbi Hebræi atsappeh interpretatio. d Ps.144.15 e Act. 3.4. cap. 17. 7. c.7. v.7.

Verbum Hebræum significat non tantum *speculari & & prospicere*, sed etiam *expectare*, atque *sperare*; sed, ut fit, oculis conjectis in eum, à quo quis speret. Sic in alio Psalmo legimus d: *Oculi omnium in te sperant Domine*, quamvis ibi sit aliud verbum ישברו *Jesabberu*: & Petrus ac Joannes claudo mendico dixerunt e: *Respice in nos* quum eum sperare jusserunt. Apud Michæam, quod est Latinè: *Ego autem ad Dominum aspiciam*, habetur Hebraicè אצפה *at sappeh*. Alibi f redditur verbo *circumspectandi, contemplandi*, g *respiciendi* h, *prospiciendi* i, *spectandi* K, *speculandi* l. Didymus in Græco accuratam, D & assiduè adhibitam cogitationem notat.

f Job.15.22. g Habac.2.1. Nahum 2.1. h Thren.4.17. i Jer. 48.19. k 1.Reg.4.13. l Mich.7.4.

Quoniam.] Vel est idem atque, *quod*, hoc sensu: *Video quod*, &c. Vel habet rationem caussæ, nempe videbo expectans opem tuam, quoniam, &c.

Cur permittit & perfert Deus iniquitatem ad tempus.

Non Deus volens iniquitatem tu es.] Ut volunt, ac perpetrant etiam Dii Gentium. Permittit, ac perfert ad tempus multis de caussis iniquitatem Deus: & positivo voluntatis actu permittere vult; maximè, ut libertati creatæ liberam, quid velit relinquat agendi potestatem, ut ostendat quid valeat gratia; ut pios exerceat; ut impios ad pœnitentiam expectet, ut justitiæ vindicantis materiam habeat. Voluntas porrò Dei per se in peccata ipsa, non se habet positivè per *velle* & *nolle*, sed negativè per *non velle*, ut hic etiam habemus, & rectè Cajetanus notavit; non vult positivè, quia bonus; non habet *nolle* positivum, quia quum fiant, non esset omnipotens, sed invito fierent ipso. Novit futura, & si vellet, impediret. Dicitur quoque *nolle* per voluntatem signi, quæ non est absoluta, sed nonnullam conditionem includit: præcipit enim ne fiat peccatum, & addit pœnam, si fiat, ita ut invicta semper maneat ejus voluntas. Legatur

Voluntas Dei in peccata quomodo se habeat.

Augustinus m, qui sic egregiè demonstrat, magna esse opera Domini, *exquisita in omnes voluntates ejus* n.

m in Enchirid. c. 110. n Ps. 110. 2. o lib. 6.

Auctor operis Hypognosticon o creditus Augustinus, hinc ducit argumentum, quo & ævi nostri conficiuntur Hæretici, Reprobos non esse à Deo ita ordinatos ut perirent, tamquam ipse illis mores malæ vitæ creaverit, ipse ad omne opus mortis invitos præcipitaverit: nec si velint credere, bonisve operibus Dei vacare, Deum hæc illis nolle præstare, quum hujusmodi velle sit Dei, & velit perfectum fieri quod donavit. Citat locum Sapientiæ p; quem nos ibi fusius exposuimus. Quid aliud potest Deus velle, nisi quod probatur ipse præcipere? sicut Isaias loquitur: *Ego sum Dominus* q, *qui loquor justitiam, & annuntio recta*. Refellit hoc eodem loco Prosper r fatalem necessitatem, qua dicebantur quidam, propter doctrinam Prædestinationis ad peccata compelli, cogi in mortem. Similis argumentatio Fulgentii s ex Ezechiele t: *Nolo mortem peccatoris*: quæ verba exponit de spirituali animæ morte per peccatum.

Auctor operum hypognosticon creditus Augustinus, quod argumentū elicit contra hæreticos ex hoc loco.

Reprobi non ordinati ad pereundum. p c.1.13.14. c.2.23.24. q c. 45. 19. r Ad capitula Gal. c.1

Fatalis quædam necessitas à Prospero refutata. Fulgentii argumentatio. s 1. Ad Moninum c. ult. t c.18. v.23. c.33.11.

Ineptissimi porrò sunt Petrus Martyr, Calvinus, Beza, quos refellit Bellarminus u, dum concedunt Deum non velle fieri peccata ea voluntate, quæ nobis in Scriptura revelata est, sed alia. Nam aliam confingunt ipsi, nec possunt contrariæ in Deo voluntates esse: immo si revera vult peccata, quando in Scripturis declarat se nolle, vult mentiri utpote qui velit significare, se nolle quod maximè vult. *Justus* x, *prior est accusator sui*; & *Spiritus* ille quem vocat Zacharias y, *precum*, ut primum advenit, *arguit mundum de peccato* z. Idcircò Propheta in oratione adstans coram Deo ante omnia considerat, *quod non vult iniquitatem Deus*, & quod *hanc si aspexerit in corde, ille non exaudiet* a, ut prius dixi.

Petrus Martyr & alii refutati. u c. De Amiss. gratiæ.8. x Prov. 18.17. y c.12.10. z Joan.16.8. a Ps.65.18.

Deus.] Nomen Hebræum אל *El*, notat Arias jungi hoc Psalmo subinde cum alio Tetragrammato; Et hoc quidem bonitatem, benignitatem, misericordiam arcanè includere: illud ad fortitudinem referri: utriusque autem virtutis esse injustè oppressos protegere, & ab oppressoribus defendere: fortitudinem sine bonitate inutilem esse, immo sæpè injuriosam: ideòque ea præditum, nolle iniquitatem: bonitatem absque fortitudine invalidam esse. Cajetanus nomen ipsum Dei, ut secundum se naturam ipsam ejus denotat, considerans, docet per illud significari, non velle iniquitatem, convenire voluntati divinæ ex divina natura. Alii, qui dicuntur *Dii*, sicut falsum nomen gerunt, ita falsò affirmatur de iisdem quod nolint iniquitatem, quam modis perpetrant infinitis, & ille ipse, qui de his canit b,

Ariæ observatio ad nomen El Hebræum.

Cajetani observatio ad nomen Dei.

Θεοὶ δὲ σχέτλια ἔργα φιλοῦσι,
Ἀλλὰ δίκην τιμῶσι.
Non enim Dii mala opera diligunt,
Sed justitiam honorant.

b Homer.

Turpissima iniquissimaque eorum crimina commemorat, passimque alii permulti Auctores profani, & de nostris iis, qui contra Gentiles Apologias ediderunt, maximè Augustinus in Opere de Civitate Dei, primis potissimùm quinque libris.

Non volens.] Dixi positivo actu Deum velle permittere, non tamen velle malum culpæ quod permittit. Prudenter dixi David; *Non Deus volens iniquitatem tu es*; non autem, nolens tu es: si namque nollet, voluntate absoluta, omnino non fieret ulla iniquitas. *Voluntate* quam vocant *signi*, non vult. Petrus Damiani c, Desiderium Cassinensem Abbatem, dum inter disserendum, *An, amissa reparari virginitas posset*, eo delapsus esset, ut diceret, non ob aliud non posse, quia non vult, reprehendit, quia si nihil potest eorum quæ non vult, nihil autem nisi quod vult, facit, sequitur nihil posse facere eorum quæ non facit: verbi gratia, non hodie pluere, quia non potest. Docet autem id Deum non posse, sicut & nescire agere quod malum est. Ex quo videlicet fit, ut eadem ratione fit non volens quod hujusmodi est, idest, ut nec etiam velle possit, per se nimirum, ac directo actu.

c lib. 2. Ep. ep. 17. Desiderius Cassinensis Abbas a Petro Damiani refutatus

Iniquitatem.] רשע *Reschahh*, Ἀνομίαν. Euthymius vocem Græcam pro quovis peccati genere sumit, quòd extra æquitatis sit normam, omnique careat τῷ νόμῳ, id est, legis, ratione. Plura dixi Commentario prioris Epistolæ Joannis. Tam latè patet Hebræum nomen, de quo in Psalmo primo. Hoc tamen loco fortassis *injustam litem*, aliamve actionem significat, qua quis alium persequitur. *Numquid Deus supplantat judicium? aut Omnipotens*

Ἀνομίαν ut interpretatur Euthymius. Vocis Reschab latè patens significatio.

a Job.8.3. b cap.34.10.

potens subvertit quod justum est a. *Ideo viri cordati audi-* A *te me: absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas*, &c. b.

Tu es.] Omisit Hieronymus verbum substantivum, *es*, quod non est in textu Hebræo. Additum est perspicuitatis gratia, non autem, quod Alcuinus tamen jubet nos notare, ad attributum divinæ essentiæ, seu existentiæ essentialis designandum: & quòd *Deum esse*, & *placere illi iniquitatem*, numquam conveniunt. Hoc moneo, ne quis etiam pia & vera absque fundamento ac delectu arripiat.

Vers. 6.] Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

CRESCIT oratio, ut non solùm non velit Deus iniquitatem, sed nec ad suam illa præditos admittat familiaritatem, & societatem, tum in hac vita inter caros suos, tum in alia inter Beatos: immò, ut præ se fert B Hebræum primum verbum, nec velit ad peregrini hospitiisve brevem usum, iis domum, atque civitatem suam patere. Denique non vult ullo modo protegere ac defendere. Job, *si poneret eum Deus, juxta se*, non curabat cujusvis manum pugnantem contra se c. Noster David non timet mala, quoniam, inquit Deo, *tu mecum* d *es*. Hunc ultimum sensum Trevet affert. Expressam hac in re imitationem Dei David de seipso posuit in Psalmo centesimo ferè toto. Tu per teipsum conferas cum loco locum.

c Job.17.3. d Ps.22.4.

Collatio hujus loci cum Psalmo centesimo.

Non habitabit juxta te.] Hebraicè לא יגורך *lo iegurcha*: *Non hospitabitur*, aut *peregrinabitur*, aut *incolet te*, hoc est, apud te, vel juxta te, Græcè οὐ παροικήσει. Sunia, & Fretela petierunt, mirantes e, à Hieronymo, cur posuerit Latinus interpres *habitationem*, quæ dicitur Græcè κατοικία, & non *incolatum*, quæ παροικία, quum hic eodem Græco idiomate legamus, οὐ παροικήσει σοι, (addi potuit dictum verbum Hebræum) & quare in alio Psalmo f verterit etiam per idem nomen *incolatus*, ubi tamen sunt eædem voces παροικίας, & גרתי *garthi*: & rursus cur ad- C huc in alio g pro incolatu habitationem? Respondit Hieronymus, si vel in hoc ultimo, vel in isto nostro diceretur: Domine quis incolet in tabernaculo tuo? Vel: Neque incolet juxta te malignus, perpendam Euphoniam. Confirmat exemplo Ciceronis multa transferentis ex Platone, Xenophonte, Demosthene; item Plauti, Terentii, Cæcilii ex Græcorum comœdiis juxta proprietatem linguæ suæ. Sed & Græcos docet pleraque per circuitus transferre: & verba Hebraica non interpretationis fide, sed linguæ suæ proprietate niti exprimere.

e Epist.135. Quæstiones Hieronymo præpositæ. f Ps.119.5. g Psal.14.1.

Cicero multa trāsfert ex Platone & aliis

Nihil tamen vetat, quominus vitata in vocibus cacophonia, vim phrasis explicemus, ut quod antè dixi, & Arias consentit significetur, Deum nec ad brevem quidem peregrini hospitiisque usum pati, patere maligno domum atque civitatem suam; videlicet præsertim cœlestem, & beatam, ut plures declarant: *Non enim videbit gloriam Domini* h. Aquila hoc loco reddit, οὐ προσηλυτεύσει σοι, *non habitabit tamquam proselytus, & advena.* Etsi ipse tamquam Judæorum proselytus, mordaciter tangere voluit Gentiles, quasi indigni essent qui habita- D rent in Judæa, nisi deposita impietate; & pietas ne apud Christianos quidem esset, qui constabant ex iis, qui Gentiles fuerant. *Non est societas luci ad tenebras, nec Christo ad Belial* i. Deus *ignis comburens* k, ligna fenum, stipulam consumit l; Si graves etiam ad videndum sunt improbis probi m; in carcere Joannes Herodiadi n, quem non videbat, molestus fuit: quanto magis displicent maligni Deo? *Nemo ergo se grave aliquid pati existimet, quum ei improbus insidiatur*, inquit Chrysostomus: sed, ut ait Hieronymus, *quando recedit à cœtu bonorum, gratulemur: quoniam si fuisset ex eo, mansisset in eo* o. Quod fusiùs expositum legere poteris in commentario nostro Epistolarum Joannis: *Non potuit cohabitare Dagon quum Arca Domini* p. *Longè à peccatoribus salus* q. *Juxta Deus iis, qui recto sunt corde* r, *& prope timentes eum, salutare ipsius* s.

h Isa.26.10. i 2.Cor.6.14. k Deut.4.24 Heb.12.29. l 1.Cor.12. m Sap.2.15. n Mat.14.1. & seq. o 1.Jo.2.19. p 1.Reg.5.3. & seq. q Ps.118.155 r Ps.33.19. s Ps.84.10.

Juxta te.] Rectè sunt hæc expressa, licèt Hebraicè non sit, ut Genebrardus tamen ponit, עמך *hhimmecha*, sed ut dixi, יגורך *iegurcha*, verbum cum affixo Chald est propositio cum affixo, præter verbum, nempe עמך *hhimmach*.

Malignus.] רע, *Raah*, πονηρευόμενος, vel, ut meminit Hieronymus t, πονηρός, non solum *idololatram*, ut velle Chrysostomus, Euthymius, Lyranus videntur, nec solùm *malevolum contra proximum*, ut Haymo, Alcuino, Glossa Interlinearis, Hugo Cardinalis, Carthusianus: nec tantùm *Judæum*, ut Remigius, ac Bruno: nec *Diabolum* dumtaxat, ut denuo Remigius, sed quemlibet *improbum* significat. Sed inepta Etymologia, quam tradunt Lyranus, Ludolphus, Ricardus Pampolitanus, ut malignus dicatur, quasi malo igne succensus. Posset etiam רע *raah* esse neutrum pro *malo*, & *malignitate*.

t Epist.135. Vocis Raab interpretatio.

Inepta etymologia à Lyrano allata & ab aliis. Malignus quasi malo igne succensus.

Neque permanebunt injusti ante oculos tuos.] In verbo *permanendi* putat innui Eusebius, hos qui nunc vocantur injusti, aliquando fuisse justos: & exponit de Judæis, qui legem transgressi sunt: Hieronymus, ipsosmet injustos mansisse, dum expectabantur ad pœnitentiam: sed quia permanserunt injusti, non permansuros ante oculos Dei, nempe quoniam damnabuntur, ut etiam Cassiodorus dicit, Remigius, Haymo, Bruno; Augustinus, non permansuros in cognitione veritatis practica, B amando quæ cognoscunt; Lyranus, non permansuros Gentiles in terra Promissionis, super quam sunt oculi Dei u; Trevet, injustos tollendos de medio vel in se ipsis, vel in sua successione, Origenes; Si se statuant injusti ante oculos Dei, eorum injustitiam consumendam ab ipso, qui est *ignis consumens* x, ut stipulam consumit externus ignis.

Eusebii & aliorum interpretatio. u Deut. 11.12. x Deut.4.24

Simplicior sensus est, non approbatum iri injustos quoscumque à Deo, quamdiu tales erunt, sed oculis ejus displiciturus, ab oculis favoris, & approbationis rejiciendos; ut primùm se sistere ante ipsum nitantur, nimirum cum fastu & arrogantia, mox è conspectu illius repellendos: & interdum quoque de vita tollendos, ac ad æternam felicitatem non admittendos, in quam nihil coinquinatum intrat, aut *abominationem faciens, & mendacium* y.

Simplicior sensus.

y 2. Apoc.21.27.

Verbum *permanendi* non importat semper ac necessariò priorem mensionem, aut perseverantiam in mansione. Sed *non permanere*, idem potest esse quod non manere. Unde reddunt alii יתיצבו *iithiatseu, stabunt*, vel *adstabunt*, vel *se sistent*, quod & propriè significat à simplici C יצב *iatsau, stetit*, de quo in Psalmo primo z. Idem judicium de Græco διαμένειν, quod de Latino permanere.

Verbi permanere expositio. z vers.1.

Injusti, Græcè παράνομοι, *Legis transgressores*, vocantur hoc loco Hebraicè הוללים *holelim*. Chaldaicè מהלענים *methallebha vim, illusores, & insanientes*, qui scilicet præ improbitate insaniunt, vel inde sese offerunt, laudant; jactant. Sic in Psalmo LXXII. a. *Quia zelavi super iniquos*, & in LXXIV. b. *Dixi iniquis: Nolite inique agere*. Hebræa quoque & Chaldæa lingua sunt eadem verba. Quod verò ibidem sequitur, *Nolite exaltare cornu*, indicat vanam jactantiam in malo. Et quidem omnis improbus, tum verò qui se dedit iniquitati, revera stultus, ac stolidus est, non tantùm ignarus; verumque Tullii paradoxum c, *Omnes stultos insanire*. Plura de Hebræo verbo, & de nomine *insaniæ* הוללה *holelah* alibi dixi d.

Injusti ut Græcè ut Hebraicè appellantur. a vers. 3. b vers.5. c In Parad.4 d Eccl.1.17.

Vers. 7.] Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.

GRAVIOR adhuc describitur Dei adversus peccatores insectatio, maximè, qui perniciosè mentiantur, fundant alienum sanguinem, fraudes moliantur: nam tales odit, perdit, abominatur, quod multo plus est, quàm non admittere ad suum conspectum, quàm non velle, non approbare.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem.] Quamvis verbum *odisti*, & ἐμίσησας, & שנאת *Sanetha*, sint præteritæ significationis, pro præsenti sumi possunt, in qua est verbum *operantur*, seu participium Græcum, & Hebræum. Origenes tamen vim facit in tempore præterito. Meliùs perpendunt Eusebius, Hieronymus, Cassiodorus, Remigius, Haymo, Bruno, Ludolphus, præsens tempus verbi, *operantur*, quoniam non qui olim, sed qui etiam nunc iniquitatem operentur, odit Deus. Certè non ita refert, quòd odio persecutus fuerit; immo *Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo Jesu* e, hoc est, vere

Eusebius, Hieronym. & alii præsens tempus verbi operantur, ut perpendant. e Rom. 8.8.

verè conversi, & justificati: & *qui dimiserunt iniquitatem, illi amantur à Domino*, inquit Hieronymus.

Chrysostomus nomen plurale *omnes* ut ponderet. Sanus loci intellectus.

Chrysostomus præterea rectè ponderat pluralis numeri nomen, *omnes*. Sive servus, inquit, fueris, sive liber, sive rex, sive quicumque fueris; non enim ex dignitate, sed ex virtute solet Deus amicos eligere. Quod, ne fallaris, ita intellige, non quòd virtus caussa sit electionis, quum pendeat à gratia Dei, nec vera virtus pertinens ad pietatem fieri sine illa possit: sed quod in danda gratia sua non habeat Deus delectum personarum & si quos eligat electione prædestinationis, quamvis non moveatur à bonis operibus ejus qui eligitur, ad eligendum: tamen qui absolutè ante prævisionem illorum eligit, ipsa quoque tamquam media perveniendi ad felicitatem, ordinet, atque provideat. Itaque non diligit, quia priores dilexerimus a: *Non eligimus nos illum, sed ipse nos b*. Quod attinet verò ad odium, & reprobationem, tota caussa in peccatis est. Hæc pro instituto satis: præsertim quum *odium Dei* (eo modo, quo cadere in eum potest) hoc loco universè accipiatur secundùm præsentem statum peccati, in quo quis reperitur, etiam si sit de numero Prædestinatorum, non pro *reprobationis odio*, quo dicitur odisse Esau c, & incertum nunc esse, an quis eo sit, vel amore dignus d.

a 1. Jo. 4. 19. b Jo. 13. 16.

Odium Dei, hoc loco ut accipiatur.

c Malach. 1. 2. Rom. 9. 13. d Eccl. 91.

Loci contra illos qui auctorem peccatorum faciunt Deū.

Hinc porrò, sicut & ex versu quinto necessaria ratio sumitur, quam conficit Didymus, contra illos, qui auctorem peccatorum faciunt Deum: tum præterea qui volunt Deum tantùm non imputare peccata, illa autem verè manere. Nam *nihil odit eorum quæ fecit e: nec odiens aliquid constituit f*, ut pluribus ostendimus in expositione libri Sapientiæ. *Diligit justos Deus g, & qui justus est, diligit justitiam h, & odit iniquitatem i. Odio est ei impius, & impietas ejus k. Abominatio est Deo via impii l: Aversatur impium m: odio habet peccatores n. Mundi sunt oculi ejus, ne videat malum, & ad iniquitatem respicere non potest o:* denique, ut simili nostræ sententiæ locutus est Achior p, *odit iniquitatem, ubicumque reperiatur*.

e Sap. 11. 25. f ibid. g Ps. 145. 8. h Psal. 10. 7. i Psal. 44. 8. k Sap. 14. 9. l Prov. 15. 9. m Exod. 23. 7. n Eccl. 12. 3. 7. o Habac. 1. 13. p Judit. 5. 21.

Non naturam, quæ Dei opus est, sed malum culpæ, quo nihil est, & adversatur ejus voluntati Deus odit.

Nec opus est distinctione in re perspicua, quamvis distinctio sit vera, non naturam, quæ opus Dei est, sed malum culpæ, quod nihil est, & adversatur ejus voluntati, Deum odisse. Simpliciter nominari solet *Deus inimicus peccatoris q*, etiam, ut eos justificet, amare dicatur *miro, divino, & ineffabili*, ut Augustinus loquitur r, *quodammodo*, de quo Beda s, etiam. *Habebat*, ait Augustinus, *ille erga nos charitatem, etiam quum inimicitias adversum eum exercentes operaremur iniquitatem: & tamen ei verissime dictum est: Odisti Domine, omnes qui operantur iniquitatem*, &c. *Et quia iniquitas nostra opus ejus non omni ex parte consumpserat, noverat simul in unoquoque nostrum, & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat*.

q Exo. 23. 22. Isa. 63. 10. Jerem. 30. 14. præter citata priùs loc. r De patientia c. 23. Tr. 110. in Joan. s in c. 17. Jo. t Thren. 2. 5.

Particulæ *quasi* diversæ expositiones.

Quum ergo dicitur, quòd *factus est veluti inimicus t*, vel indicatur, homines adversus Deum habere se veluti inimicos; & caussas prætexere cur eum oderint: quum nulla ratio poscat, ut cum Deo gerant inimicitias, sed maximè diligant: vel potiùs particula, *quasi*, non minuit, sed quod verè est, exprimit, ut alibi sæpe, verbi gratia: *vidimus gloriam ejus, quasi unigeniti à Patre u*. Quid si etiam innuatur per eamdem particulam, Dei contra peccatorem inimicitias, licèt veræ sint, & justæ, tamen non esse irreconciliabiles? Quid si præterea significetur sævitia quædam Dei in puniendo, ac veluti crudelitas, ut non tamquam pater se in eo agat, verùm ut inimicus in solam perniciem intentus? Unde apud eumdem Prophetam Jeremiam x *Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli*.

u Joan. 1. 14. x c. 30. 14.

Origenis observatio.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium.] Quia plus est perdere quàm odisse, colligit quoque Origenes, pejus esse loqui mendacium, quàm operari iniquitatem: intelligit autem de iis, qui pravis opinionibus à veritate desciverunt, quales Hæretici, quos etiam Eusebius idem docens, ac Hieronymus, Cassiodorus, Remigius, Haymo, Bruno disertè nominant. Trevet, explicat de Idololatris, qui mendaciter adscribunt Idolis ea, quæ Dei sunt. Reliqui ad alios mentientes extendunt, eumque, *qui non stetit in veritate*, ac mentiendo *ex propriis loquitur*, quippè mendacii pater y. Unde Didymus argumentatur, non malum creatum Diabolum, sed sua talem culpa evasisse. Quum verò requirit ad mendacium, propter quod quis perdatur, ut non sola constet voce, sed ex proposito, & affectu, idest, ex deliberatione, rectè sentit. Illud non ita simpliciter admittendum, Raab meretricem hoc fecisse per dispensationem: nec inter loquentes mendacium deputandam, ob mentis propositum bonum, quo voluit innocentes à morte liberare z. Nam communior opinio, quæ est Augustini, hoc etiam loco, verè mentitam vult, licèt non gravi mortalique mendacio; præmium verò retulit à Deo non mendacii, quum *non sint facienda mala, ut eveniant bona a*; sed pietatis erga illos innocentes b. *Noli velle mentiri omne mendacium*, inquit Sapiens: de quo loco Augustin. c, tractans diligenter, & probans numquam fas esse mentiri d. Id alii multis testimoniis divinæ Scripturæ confirmari potest, illo potissimùm; *Os quod mentitur e, occidit animam*, mentientis quidem semper, quando grave est: alterius etiam, vel malo exemplo inducendo ad simile, vel per mendacium caussam præbendo mortis corporalis ejusdem, quod vocatur *mendacium perniciosum*; nam mendacium Raab officiosum fuit (putavit id aliquando, sed malè, licitum Cassianus f) & otiosum illud est, quod leviter committitur, animi gratia, aut parva alia de caussa. Distinguit hoc modo ista hic mendacia Augustinus, & passim omnes docentes præterea, verum non prodere, non esse mentiri, & illud aliquando laudabiliter fieri, immò & necessariò fieri debere; similiter non præstare quod promiseris, si præstando noceas, ut gladium reddendo furenti. Disserimus hac de re in Scholasticis uberiùs, necnon ad librum Sapientiæ g, Lege Climacum h, Gregorium i, Ambrosium k, qui accuratiùs mendaciorum modo distinguit: etsi revera non Mediolanensis, sed alius; & Isidorum l.

Expositio Eusebii & aliorum.

y Joan. 8. 44.

Didymi argumētatio, non malum creatum esse Diabolum.

Raab meretricis mendaciū quale fuerit.

z Josue 2. 1. & seq.

Raab præmium retulit non mēdacii, sed pietatis erga innocentes.

a Rom. 3. 8. b Eccl. 7. 14. c l. de Mendacio cap. 16. & 17.

Numquam fas est mentiri.

d eadem lib. & contra mendacium. e Sap. 1. 11.

Mendacium perniciosū, Cassianus arguitur.

f Colla. 6. c. 8.

Distinctio mendaciorum.

Verum non prodere an sit mentiri.

An laudabiliter fieri possit, imò & necessariò.

An quod promiseris, si præstando noceas.

g Sap. 1. 11. h Gradu 12. i 18. Mor. c. 2. k In cap. 21. Apo. l 2. Sen. c. 1. 30.

Ambrosius mendaciorum modos qui accuratius distinguit.

Si mendacium non hic accipiamus pro hæresi, aut alio errore contra Fidem, sed magis universe, & quidem pro mortali, quod tamen ex suo genere videtur minus peccatum, quàm operari iniquitatem, aut adhuc maximè generaliter cum Valentia, pro quovis peccato, quo violatur promissio facta in Baptismo, cur mendacium loquentes perdat Deus, non oderit solùm, quàm difficultatem quoque vidit Augustinus m, explicari debet. Chrysostomus respondet, ita Scripturam loqui propter paullò crassiores, qui odium nihil esse existimant, cum tamen ipsum odium ipsa sit gehenna deterius, & punitio ineffabilis: Euthymius: ut pronos ac labiles ad mendacia deterreret, qui multis perditionis caussa existunt. Climacus eodem fere modo, notans contra nullum vitium terribiliori sententia Spiritum Sanctum usum esse. Similis imprecatio in alio Psalmo n contra *labia dolosa*. Augustinus o ait, more Scripturæ, quod hic dicitur idem esse cum priore sententia de operantibus iniquitatem, ita ut *iniquitas* pro *mendacio* accipiatur. Sane eandem formulam reperimus usurpatam de omnibus operantibus iniquitatem p, & de quibusvis peccatoribus q & impiis r, & *fornicantibus à Deo s*. Quocirca sicut mendacia, ita & alia peccata rectè distinguit Ambrosius t in levia, & gravia, & posterioribus dumtaxat perditionem convenire. David innuit fortassis hoc loco vafros, qui *pacem loquebantur secum, mala autem in cordibus eorum u*: calumniatores etiam apud Saulem, cui ille dixit: *Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adversum te x?*

Cur mendacium loquentes perdat Deus, non oderit solū.

Chrysostomi & aliorū expositio.

m l. de Mend. cap. 6. n Psal. 11. 4. o De mendacio c. 6. p Ps. 27. 3. q Ps. 144. 20. r Ps. 35. 9. s Ps. 72. 27. t in Apo. c. 11. u Psal. 27. 3. x 1. Reg. 24. 10.

Perdes.] Latinum verbum duo significare potest, vel jacturam perdentis, vel damnum personæ quæ perditur. Deus quo modo *acquirere* dicitur *peccatores*, dum justos facit, sic etiam dici potest jacturam facere & quum peccant, et quum damnantur. Hugo Victorinus duobus docet modis perdere Deum hominem; primò, quando homo peccando à Deo recedit; secundò, quando Deus judicando hominem abjicit. Verumtamen τὸ ἀπωλεῖς, et האבד *theabbed*, plane important perditionem damni ejus, quem Deus punit.

Duæ significationes verbi *perdes*.

Duobus modis ut hominem perdat Deus.

Omnes.] Non est quidem Hebraicè, tamen rectè additum est, indeque infert Augustinus y, nullos excipi mentientes. Nec refert, inquit z, quòd non etiam dixerit omne mendacium, aut quodcumque mendacium, videlicet per se satis constabat nullum esse non malum mendacium.

Nulli mentientes excipiuntur.

y l. de Mend. c. 5. lib. contr. Mendacium cap. 1. z lib. contr. Mendac. c. 1.

Mendacium.] In Psalterio Vaticano post *omnes* additur, *Domine*, et in Æthiopico, et in editione LXX. emendata, et apud Augustinum. Jam retuli ex eodem Augustino sumi posse *mendacium* pro *iniquitate*, quæ priore versu posita est. Chrysostomus id quoque valere Græcum nomen ψεῦδος docet, non solùm propriè dictum mendacium, sed quidquid falsum est ac fallax in libidine, gula, avaritia, &c. Verumtamen haud ita propriè *loqui mendacium*, ad operare fertur; etsi *facere mendacium*, & *operari*, pro *loqui*, nonnumquam dicitur a, nisi malis accipere pro mendacio in factis, quum quis quod non debet, facit, ut ille, *qui in veritate non stetit b*, quoniam non fecit quod Angeli dignitas exigebat. Unde Paulus hortatur, ut c, *veritatem facientes, per omnia crescamus in ipso*.

a Jerem. 8. 8. 10. Os. 7. 1. Apoc. 21. 27. cap. 22. 15. b Joan. 8. 44. c Ephes. 4. 15. Ephes. 4. 25. d lib. 2. & 5. de Republ.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium.] Plato d Ciceroque demonstrant Deo ac hominibus displicere mendacium: hic verò, quæ pœna à Diis immortalibus perjuro, eamdem & mendaci constitutam.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.] *Vir sanguinum* est, qui vexat, & opprimit alios, vel bonis avertendo, quibus vita sustentatur: vel vitam eripiendo, ipsumque sanguinem fundendo, quod sæpe dolo fit, ac fraude. Applicat Didymus ad eos, qui legem transgrediendo, aliis sunt auctores mortis: Theodoretus, ad persecutores Ecclesiæ: Hieronymus & Remigius ad Hæreticos: Clemens Alexandrinus e ad diabolum, cui *viri*, tribuatur vocabulum ἀνδρὸς, quia in vitio perfectus est, & quem videlicet etiam *homicidam f* Christus nominat. Augustinus & alii, *Virum sanguinum* confundunt cum *operante iniquitatem*: *dolosum* cum *loquente mendacium*. Lyranus intelligit de hostibus Judæorum; Cajetanus, de Saule, qui tot occidit sacerdotes g, tot struxit contra David dolos ad perdendum eum h, & contra Deum, parcendo gregibus Amalec, & regi i. Isidorus Pelusiota k confirmat exemplo Herodis, qui Joannem Baptistam interfecit, quia mox inde discessit Christus l.

Vir sanguinum qui dicatur.

Applicatio Didymi & aliorum.

e 1. Pedag. 2. c. f Joan. 8. 44.

g 1. Reg. 22. 16. & seq. h cap. 18. i ib. c. 15. 8. 9. k l. 1. ep. 253. l Matt. 14. 13.

Virum sanguinum.] *Virum sanguinarium*, fundendo sanguini deditum, sævum, crudelem, ferocem. Ita sæpius David loquitur m: & hoc eum nomine Semei vocavit n: & Nahum Niniven *civitatem sanguinum o*. Quamquam hæc significare possunt alia peccata magis detestando, quoniam apud Hebræos vetitus erat eius sanguinis p: & menstruatus habebatur immundissimus q. Unde apud Oleam r *Sanguis sanguinem tetigit*. Chald. est: *Aggregans peccata peccatis*. Hoc etiam pacto exponit Gregor. eumdemque habere sensum possunt quæ vocantur *manus planè sanguine s*, & quòd liberari se precatur David *de sanguinibus t*. Sed & *vir sanguinum* intelligi potest morti obnoxius, dignus cujus fundatur sanguis. Qua etiam ratione *terram plenam judicio sanguinum*, & *civitatem plenam iniquitate u*, interpretari licebit plenam damnatione sanguinum, & peccatis quæ ipsa secum ferant judicium suum, ipsa testificentur, imo etiam *clament contra se x*.

m Ps. 25. 9. Ps. 54. 24. Ps. 58. 3. Ps. 139. 19. n 2. Reg. 16, 7. 8. o c. 3. 1.

Aliæ interpretationes

p Act. 15. 29. Gen. 6. 4. q Isa. 64. 6. Zach. 13. 1. r c. 4. 2. s Hom. 11. in Ezech. 13. Moral. c. 10. l. 7. ep. 127. t Isa. 1. 15. t Ps. 50. 16.

Terra plena judicio sanguinum, & civitas plena iniquitate, quomodo sit interpretandum.

u Ezech. 7. 23. x Gen. 19. 13. y Haba. 2. 12.

Idem *ædificare civitatem in sanguinibus, & præparare urbem in iniquitate y* dicuntur, qui cædibus, fraudibus, omnia cupiditatis & avaritiæ instrumento. Nam sicut in sanguine vita corporis censetur esse, nutrimurque sanguine; ita opes, quibus humana sustentatur vita, sanguinis nomine appellantur: vocavitque Cicero, *Ærarii sanguinem, pecunias*.

Ædificare civitatem in sanguinibus, & præparare urbem in iniquitate, qui dicantur.

Ærarii sanguis pecunias.

Notandum verò, cum sanguinibus iniquitatem conjungi paulò antè citato loco, & alibi cum aversione z, idest, defectione, tyrannide, omni iniquitate, & immunditia. Sanè quodvis lethale peccatum dominare peccatorem *virum sanguinum* ea de caussa potest; nec non quia quod in se est, Deo ipsi vitam eripit, præter spiritualem animæ vitam, nempe gratiam tum peccantis, tum alterius, qui abusus exemplo malo etiam peccet. Attigit hæc eadem Commentario Actuum Apostolorum a. Remigius indicat ultimam caussam, quum dicit, Hæreticum fundere sanguinem animarum, idest, fidem, qua vivant animæ justorum, nempe quatenus radix est justificationis; vel prout charitate informata est.

z Ezech. 9. 9.

Quodvis lethale peccatum denominare peccatorem virum sanguinum qua ratione potest.

a c. 15. 29.

Remigii interpretatio.

Si vir sanguinum pro *interfectore* accipiatur, ille reprehenditur, qui innocentem interficit vel auctoritate privata etiam nocentem, ut admonet Didymus: & in Paraphrasi Chaldæa exprimitur *effusor sanguinis mundi*, רסוכאי *dam Zacchai*. Lyranus de Mahumetanis explicat, quorum secta à gladio cœpit, per gladium tenetur, per eumdem terminabitur. Aliquando *vir sanguinum* dicitur etiam is, qui justè sanguinem multum alienum fudit, ut David, qui ea de caussa non est permissus ædificare templum b.

Lyrani de Mahumetanis explicatio.

Vir sanguinum aliquando ut sumatur.

b 1. Par. 22. 8. c c. 2. v. 1.

Dolosum.] Dixi de dolo in expositione prioris Epistolæ Petri c. Cassiodorus omnem illum, qui sciens ac prudens alienum operari nitatur exitium, *dolosum* putat dici; Remigius, hæreticum, qui scit non esse verum quod docet, & vera falsis admiscet, ut fallat faciliùs.

Abominabitur.] Aptum verbum Augustinus hoc dicit esse, quia solent *abominati* dici *exhæredati*: hic autem Psalmus pro ea est, quæ hæreditatem accipit. Cassiodorus idem innuit, docens significari reddendos extraneos à regno Dei: & Remigius, quòd exhæredabuntur; Haymo vim in etymologia faciens, explicat à bono omine removendos, vel scribendo scilicet abhominor cum aspiratione, à consortio rationalium, nempe hominum. Nihil ex dictis important Græcum verbum βδελύσσεται, & Hebræum ירחק *jethabheu*: favet potiùs Chaldæum יחעב *jerechek, longè faciet*, *ac propellet*. Quod Augustinus tradit, non ita disertè apud alios invenio: sed *abominatum* pro sacris interdicto, & excommunicato dici observavit Alciatus d: & pro abdicato à magna matre e. Budæus f: pro extorri ab Ecclesia. Utcumque Horatii g illa possent ad rem facere:

Haymonis expositio.

Abhominor cum h scriptum.

Vocis abominati significationes.

d L. Pecuniam 36. §. Si certum petatur. e L. Reddentes, Cod. de Trinit. f in Forensi. g l. Epod. Ode 16. h l. 1. Carm. Ode 1.

Parentibusque abominatus Annibal; &, h
—— Bellaque matribus
Detestata,

quòd nimirum propter bella orbarentur liberis parentes, quæ censeri quædam exhæreditatio potest.

Putat B. Thomas *abominandi* verbo denotari odium irreconciliabile Dei, abominari enim nos illa, quæ in cognitione nostra non patimur: quod loquendo de divina cognitione intelligi debet, ut est approbativa: nihil enim ab ea secundùm se, ac ut est simplicis intelligentiæ, potest abesse. Potest latiùs patere odium graviùs significando, sed etiam reconciliabile. Notatu digna in Psalmo hoc malorum incrementa: *Iniquitas, Malignitas*, sive Impuritas; *Injustitia*, sive jactantia; *Iniquitas* rursum, seu pravitas operis, modique; *Mendacium*; *Violentia*; *Dolus*. Item censuræ Dei, *Improbatio, Exclusio, Pulsio, Odium, Perditio, Abominatio*.

Vers. 8.] Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

POSTQUAM à tot Impiorum gregibus fuero liberatus per magnam misericordiam tuam, & in signum quoque odii, quo tales, exemplum secutus tuum, sanctè prosequor, atque ut animum erga te gratum testificer, adibo religionis caussa, votique, ad templum sanctum tuum venerabundus cum omni demissione Impii, quos dixi, ac multis modis improbi, non sinuntur habitare juxta te; sed eos odisti, rejicis, abominaris, ac velut abdicatos, & excommunicatos arces sacris, quamlibet corpore sese tibi sistant, & plenis manibus videantur sacrificare, quoniam *sanguine sunt plenæ k*.

k Isa. 1. 15.

Græcorum hic fere sensus, etsi nonnulli eorum, & Latinorum, allegoricè & anagogicè declarent de Ecclesia, quæ coaluit ex iis, qui priùs erant improbi, hincque in beatitudinis ingressuri sunt templum: ut tropologicè de præparanda cujusque anima; per Dei gloriam, in spiritualem domum, templum, habitationem ipsius.

Græcorum interpretū sensus. Latinorum allegoricus & anagogicus.

Cajetanus explicat de voluntate, quam David concepit ædificandi templum Deo, prævidens se loco Saulis futurum regem. Hoc mihi dubium de tempore, priùs quàm David regnum inivisset. Scriptura namque tunc tantùm primùm de ista voluntate David meminit, quum *dedisset ei Dominus requiem undique ab universis inimicis suis l*. Illud ab eodem Cajetano bene animadversum, quòd prioribus verbis, *virum sanguinum*, &c. opponuntur ista: *Ego autem*. Contra. *Odisti, perdes, abominabitur*, sunt, *in multitudine misericordiæ tuæ*. Contra, *Non habitabit juxta te malignus*; sunt, *Introibo in domum tuam*. Contra, *Neque permanebunt injusti ante oculos tuos*; sunt, *Adorabo ad templum sanctum tuum*. Contra demum *iniquitatem* est *timor Domini*.

Cajetani. Auctoris dubium.

l 2. Reg. 7. 1. & seq.

Cajetani pulchra observatio.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.] Propriæ hæ voces verè justorum, justitiam ac virtutes suas divinæ bonitati, & gratiæ tribuentium. Possunt hæc verba duplici sensu accipi. *In multitudine misericordiæ tuæ*, quam sum jam expertus, ut Theodoretus declarat; sive pro illa, quam sum consecutus, vel fretus eadem, ac sperans mihi affuturam, ut explicant Didymus, & Origenes. Primo modo caussam reddit, cur velit introire in tem-

Duplex verborum sensus.